

Nr.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

Nr.	Præfices	
1	Thomasius	Selineatio Historie juris.
2	Hildebrand	Prolegomena juris universi.
3	Knorre	Observatt. ad proemium Institutionum.
4	Müller	De quinquennio studii juris.
5	Elend	Utrum methodus demonstrativa in juris prudentia civili adhiberi queat
6	Wolf	De fato & philosopho.
7	Bruckner	- Iustitia Romanorum.
8.	Hohelzel	- principiis iur. nat. de interpret. et de antiqu.
9	Gerdesius	- iurisprudentia non papizante.
10	Birnbaum	- insigni Physicos utilitate in iurisprudentia.
11	Reinhard	- Septem legibus dannatis & crucibus factorum
12	Brinquell	- preferentia juris Germ. pugnantis cum f. q.
13	Koch	- fictionibus juris.
14	Freiber	Nex universalem nec particularem iustitiam jurisprud.
15	Thomasius	De iudicio morum.
16	Cocceji	- iudicis morum.
17	Thomasius	- morum cum iure feriatis contentione.
18	Struv	- consuetudinibus rationalibus & irrationalibus.
19	Schmalz	- legum et consuetudinis iure R. fontibus.
20	Thomasius	- felicitate subditorum Brandenburg. de constantia
21	Reuter	- dominis quiritaris seu bonitario.
22	Froemann	- revocatione privilegiorum licita.
23	Thomasius	- hominibus propriis et liberis Germanorum
24	Schroeder	- notione rusticorum Germanie.

Nr.	Præfides	
25	Pertsch	De divisione operarum in determinatas & indetim. - different. ius. S. et R. in Nobilitate adoptivis.
26	Krone	- existimatione fama & infamia extra Renym.
27	Thomafius	- levis note macula.
28	Heineccius	- adoptione in locum fratris n. monstrofa.
29	Crell	abgriff aus gebürtig Mader.
30	Knittelz	- De privilegiis titulo crevosi quefito
31	Stryk	- iuribus Iudeorum.
32	Ziegler	- Iudeorum receptione.
33	Wildvogel	- Iudeis.
34	Schütz	- Autonomia Iudeorum.
35	Kayser	

27
DN. CHRISTIANI THOMASII, JCTI,
SERENISSMI AG POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE
CONSIL. PROFESS. JUR. PUBL. ORDIN.

DISSERTATIONES ACADEMICAË

DE

FELICITATE SUBDITO-
RUM BRANDENBURGICORUM
OB EMENDATOS PER EDICTA ELECTO-
RALIA STATUS, ECCLESIASTICUM
ET POLITICUM.

Nebst

Erflährung und Wertheidigung seiner Lehre,

über die Frage:

Ob den Lutheranern von ihren Lehrern mit gutem Ge-
wissen könne untersaget werden, mit den Reformirten keine Ge-
meinschaft zu halten, noch ihre Predigten zu besuchen.

DE

CONSTANTIA ET INCONSTANTIA,

OLIM ANNO MDCCXC. ET MDCCXII. IN VULGUS EDITA;
JAM VERO OB PRÆSTANTIAM ET RARITATEM
RECUSA.

HALÆ MAGDEBURGICÆ
TYPIS JOANNIS CHRISTIANI GRUNERTI, UNIV. TYPOGR.
MDCCXLIX. (9)

DN CHRISTIANI THOMASI
CONFESSORIS MAGDEBVRGENSIS
CONSTITUTIO EPISTOLÆ PROCLAMATIONE
DISCERNITATÆ STUDIORUM
RUM BRANDENBURGICORVM
QD AMENDAVIT PER EDICTA FVCECTA
KANTASTYOS ECCLÆSIAZIONEM
ET PONTIFICVM

CHRISTIANUS MAGDEBVRGENSIS EPISCOPUS
QD ET CONSTITUTIO QD ESTA QD
CONSTITUTIO QD ESTA QD
CONSTITUTIO QD ESTA QD
CONSTITUTIO QD ESTA QD

CONSTANTIÆ ET INCONSTITUTIÆ
QD ET CONSTITUTIO QD ESTA QD
CONSTITUTIO QD ESTA QD
CONSTITUTIO QD ESTA QD

JOANNIS CHRISTIANI CHODATI
MPECI

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO III.
MARCHIONI BRANDENBURGICO,
SACRI ROMANI IMPERII
ARCHICAMERARIO ET ELECTORI,
PRUSSIÆ, MAGDEBURGI, JULIÆ, CLIVIÆ,
MONTIUM, STETINI, POMERANIÆ, CASSUBIORUM,
VANDALORUMQVE, NEC NON IN SILESIA
CROSNÆ ET SCHWIBUSÆ
DUCI, BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSADI, MINDÆ, & CAMINI,
COMITI DE HOHENZOLLERN, MARCAE
ET RAVENSBURGI.
DOMINO IN RAVENSTEIN, LAUENBURG ET
BUTTAW, &c
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO.
SERE-

SERENISSIME
ET POTENTISSIME ELECTOR

DOMINE CLEMENTISSIME.

Postulat officium boni Principis, ut in pace de bello cogitet, id est, ut in statu quieto animi sui curas eo intendat, non quomodo vicinis absque justa causa bellum inferat, sed quomodo Rempublicam, cui praest, ab insidiis & invasionibus vicinorum reddat securam. Postulat equidem & circa bellum Principis officium, ut hoc ita suscipiatur, ita geratur, ut nihil aliud nisi pax quæsita esse videatur; at ut in bello Princeps de pacis negotiis serio cogitet, & quomodo felicitas subditorum legibus, litteris, commerciis augeri queat, meditetur, id quidem communies imperii recte instituendi regulas videtur superare, cum turbæ bellum perpetuo comitantes, & omnes sollicitudines

licitudines Principis distrahentes, facile Eundem excusare possint, si momenta regiminis quietum animum postulantia paulisper seponat. Et oportet profecto di vino, vel si magis Christiane loqui velimus, singulari & extraordinario animo esse præditum Principem, qui mediis in turbis de quietis negotiis cogitet. Non alio tamen, CLEMENTISSIME ELECTOR, quam quo TE beavit Divina Providentia. Qui perturbationibus animæ, quæ in media quiete & otio nos inquietos reddere solent, superior est, is non mirandus est, quod maximos labores maxima quiete & absque anxietate animi sustineat. Qui de turbis intrinsecis triumphavit, causam nullam sentit, cur metuat exteriores. In laudibus Trajani sui ponere non vult Plinius, quod adventum ejus non pater quisquam, non maritus expaverit, cum affectata aliis castitas, ipsi ingenita & innata, & sic inter ea, quæ imputari non possunt, fuerit. At cum idem & de TE, POTENTISSIME ELECTOR, absque adulatione asserere possimus, nil præcipui hac parte præcipuus alias & incomparabilis Romanorum Imperator habet. TU vero Trajanum in eo superas, quod armatus de restauranda intra Rempublicam sapientia, vitaque virtuosa sis sollicitus. Evidem sub Trajano spiritum, & sanguinem & patriam recepisse studia, quæ priorum temporum immanitas exiliis purgisset, quæque, sibi vitiorum omnium conscius Princeps Domitianus, tanquam viuis inimica relegasset, testis est idem Plinius, sed siebant ista pacis tempore. At

TU, PRINCEPS OPTIME, inter arma & tormenta
meditaris, quomodo vera eruditio & studia Reipubl.
utilia, quæ hucusque ab umbratili sapientia & stu-
diis ineptis, sedibus suis expulsa, fere ex Germania
exulaverunt. in provinciis TUIS pristino nitori &
Gloriae possint restitui. Neque tamen & hoc in
laudibus Tuis numerabimus, cum idem pariter, ut
reliquæ virtutes, quibus splendes, nativæ magis bo-
nitati, quam perfectioni, difficili cultura acquisitæ,
adscribi mereatur. Liceat tamen inter felicitates
nostras numerare, quod nobis ex singulari DEI
Clementia contigerit, sub Tutamine TUO vive-
re, sapientiæque veræ sub Protectione TUA quietos
incumbere. Liceat cum Pace TUA, PATER PA-
TRIAE, quem de Felicitate subditorum TUO-
RUM conscripsimus discursum Academicum, ad
pedes TUOS humillima animi submissione de-
ponere. Primus ille est, qui per modum dis-
putationis publicæ eo in loco est propositus, quem
TU, POTENTISIME ELECTOR, pri-
vilegiis Academicis decorare constituisti. Primus
est, quo SERENITATI TUÆ enixissimam
serviendi cupidinem minima ex parte saltem de-
clarare potuimus. Illud injunxit nobis, non alii,
quam FUNDATORI ACADEMIÆ primi-
tias Academicas offerre; Hoc sperare nos jussit,
subiectissimi animi nostri primitias a CLEMEN-
TISSIMO PRINCIPE serena fronte acceptum
iri.

iri. De cetero, uti infinitæ circumstantiæ subditis TUIS fidelissimis firmiter persuadent, SANCTISSIMAM TUAM PERSONAM a DEO ad maxima Divinæ providentiæ opera & in Politia & Ecclesia perficienda, & ad tranquillitatem, qua in imperio Romano, qua præcipue in ditionibus TUIS stabiendam, esse destinatam; ita vovemus serio, velit Divina Benignitas triumphos TUOS accelerare, TEQUE Salvum & Incolumem SERENISSIMÆ AUGUSTÆ, & omnibus bonis, qui maximam suam felicitatem in felicitate Principis sui ponunt, quam proxime reddere. DEUS TE SERVET!

POTENTISSIME SERENITATIS TUÆ,

*Humillime
subiectissimi*

PRAESES & RESPONDENS.
SUMMA-



S U M M A R I A.

Omnes tres status in republica impietate infecti emendationis indigent. §. I. Non tamen commode initium fieri potest a statu Oeconomico, §. II. sed a statu politico, §. III. & ecclesiastico §. IV. maxime vero ab ecclesiastico. § V. Quod factum est a Serenissima domo Electorali Brandenburgica. §. VI. Corruptio status ecclesiastici per cacoethes affectatae infallibilitatis & inde propullulantis studii calumniandi dissentientes. §. VII. Emendata in ditionibus per FRIDERICVM WILHELMVM Magnum. §. VIII. Felicitas subditorum electoralium ex hac emendatione orta. §. IX. Corruptio status Politici per opinionem vana glorie, unde orta duellorum frequentia. §. X. Causa cur duellandi libido haclenus per edicta non potuerit coerceri: (I.) Vana persuasio de justitia duellorum. (Notata Ribieri apologia pro permissione duellorum.) §. XI. (II.) Si prohibitio solum Academias respiciat, non aulas; (III.) Frequens dispensatio aut poenarum remissio §. XII. (IV.) Omissa cura prospiciendi lesis de satisfactione. (V. Impotentia defendendi subditos adversus injurias exterorum. §. XIII. Emendavit hunc nævum status Politici Fridericus III. Sapiens; cuius editum universum statum politicum respicit, seriamque voluntatem principis optimi declarat, ac spem omnem dispensationis futuræ præscindit; §. XIV. Læsis vero de satisfactione cavit, etiam adversus injurias exterorum. §. XV. Felicitas nostra ex isto editio, & responso ad dubia vana. §. XVI.

DE FE-



DE
FELICITATE SUBDITORUM BRANDEN-
BURGICORUM OB EMENDATOS PER EDICTA
ELECTORALIA STATUS, ECCLESIASTICUM
ET POLITICUM.

S. I. Up amnes tenebris he son abas
Vivimus in seculo, in quo quidem magna eorum turba *decep-*
prehenditur, qui Christianorum nomine appellantur, sed
paucissimi tamen existunt, qui sanctum hunc characterem
vita decente exprimunt, ut adeo, et si face accensa in me-
dio Christianismo Christianum querere velis, vix tamen unum &
alterum, & hunc quidem in obscuris locis latenter, invenire queas.
Et tamen late quidem regimen suum exercet impietas, ut omnes
tres precipui status, ex quibus componitur respublica, peculo ejus
quoad potissimas partes fere sint inebrati. Inter *Politicos* luxuria,
prodigalitas, intemperantia, injuritiae, &c. sub emendatis virtu-
tum titulis sanctitatem conculant. Status *Ecclesiasticus* magnum par-
tem vite exemplo scandalum perniciosissimum aliis præbet, ac si Chri-
stiana humilitas cum arrogantia, abnegatio sui cum cupiditate divitia-
rum, & mansuetudo cum immortalibus rixis consistere possent. Quid
adeo mirum, si oves, hoc est, ii, qui statum *Oeconomicum* consti-
tuunt, pastorum suorum qua *Politicorum*, qua *Spiritualium* duorum
sequentes in via lata incedant, quæ ad gehennam dicit? Utin vero
per Dei gratiam rarissima quidem exempla, sed exempla tamen pio-
rum hominum in hac mundi fæce adhuc vivunt, qui *Spiritus Sancti*
illuminatione regenerati, virtutibus Christianis magnò conatu impen-
dunt

A

dunt operam, ita & Clementissimum Numen subinde Principum cor-
da dirigit, ut omnibus viribus impietati latius grassanti remora per
eos ponantur, & defectus hac parte maxime notabiles emendentur.

§. II. Qua quidem in re, si verum fateri volumus, maximum
momentum in eo situm esse videtur, ut nevi, quibus Status *Politicalis*
& *Ecclesiasticus* abundant, corrigantur, siquidem his in ordinem
redactis, quamvis non contemnenda difficultas remansura sit emendandi
statum Oeconomicum, longe facilius tamen res proceder, quam si ab
iis, quibus sola parendi gloria relicta est, initium correctionis fiat, cum
hoc pacto vel ex relatione, qua est inter subditos & imperan-
tes, & ex inclinatione communi humani generis ostendi queat, in-
tentionem Legislatoris, quamvis optimam, tardissimos tamen pro-
gressus, & imo fere nullos consecuturam esse. Scilicet natura nostra
focialis est, & cum socialitate conjuncta est fortis inclinatio accommo-
dandi nos ad actiones eorum, quas in societate amamus, easque imi-
tandi. At in civitate cum periculo sum & tranquillitati communi ad-
versum sit, si subditis relinquatur potestas pro lubitu eligendi eos,
quorum actiones imitentur, poscit natura societatis civilis, ut certa
persona constituantur, quas populus amore reverentiali prosequi te-
neatur, & inde etiam suo modo instinctum sentiat, actiones suas ad
exemplum earundem instituendi. Evidem natura communis socie-
tatis simul id inculcat, ut hic semper excipiuntur eiusmodi actiones,
qua voluntati Dei, utpote statoris omnis societatis, & cui quilibet
homo amorem summum, & sic summam actionum suarum conformi-
tatem debet, repugnat. Sed est tamen ita corrupta natura nostra,
ut ea, qua amare debeat, odio prosequatur, & rufus illa, qua odio
optimum foret, maxime amet. Hinc, cum amor omnis fundetur in
eo, quod in illo, quem amamus, deprehendamus magnam conformita-
tem cum inclinationibus nostris, & propterea etiam, quo major aut
minor est ista conformitas, eo major quoque aut minor amor noster,
& cum eo desiderium imitandi esse soleat; facile intelligi potest, cur
subditi in civitate actiones hominum, in statu *Politicali* aut *Ecclesiastico*
viventium, si voluntati divinae conformatas sint, tardissime imitentur,
at si a norma hac sanctissima etiam remotissime recedant, maximo
conatu suis actionibus exempla sibi data imitari & superare studeant,
in tantum ut ab hac imitatione vix per vim maximam abstrahi aut de-
terreri

terreri possunt. Accedit, quod ipsum rationis corruptæ dictamen eis argumentum suppeditet, non quidem adversus Deum, vel ad minimam excusationem valitum; bene tamen *καὶ ἀνθρώποις*, & adversus status Politici & Ecclesiastici proceres, malis exemplis malas imitationes procurantes magnopere profuturam. Quid enim? ajent: inculcatis nobis quotidie obedientiam & reverentiam vobis exhibendam. Obedientia in conformatione actionum nostrarum cum voluntate vestra consistit, pariter & reverentia, nisi quod hæc metu pœnae careat, si quid contra factum fuerit, ista vero metu hunc presupponat. Jam signa voluntatis duplicita cum sint, verba & facta, in questionibus voluntatis factorum magis habenda est ratio, quam verborum. Potest lingua proferre dicta, a mente loquentis alienissima, at facta, quæ sponte eduntur, non possunt non arctissimum nexum cum voluntate facientis habere. Similiter dum vos verbis alias actiones a nobis poscitis, alias factis propriis nobis monstratis, ratio nobis suadet, ut factis potius vestris credamus, Vos res istas pro bonis habere, quas actionibus vestris consequi intenditis, etiamsi verba vestra nobis persuadere, velint, eas inter malas esse referendas.

§. III. Respicit huc, quod in specie statum Politicum concerit vulgatus versiculus: *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* Cujus applicatio quam late pateat, satis evidenter declarat praxis quotidiana. Neque enim solum in rebus indifferenteribus, & iis, quæ ad decorum pertinent, usus loquendi, se vestiendi, ceremoniis certis in conversatione utendi ad exemplum aulæ & Regis instituitur, sed & crapulæ, comeditiones, scortationes, adulteria pejerationes, impune & sine pudore publice committi solent, si Aulici factis ejusmodi populo præant. Et hæc est ratio genuina, cur tot leges Politicae coercionem luxus atque luxuriaz in viatu & amictu concernerentes, effectu prorsus omni hinc inde destituantur, quod aulici plerunque vel per modum privilegii hac parte excipientur, vel princeps postea, si personæ sub hoc statu viventes legi quid adversum committant, frequenter repetitis dispensationibus eas a vinculo legis eximat. E contrario non melior methodus reprimendi ac in ordinem aliquo modo redigendi luxus excogitari potest, quam si princeps ipse exemplo suo aulicis, aulici vero reliquo populo præant, & re ipsa ostendant, quæ differentia sit inter munditiem & luxum vestium, inter frugali-

tatem & prodigalitatem, denique inter hilaritatem & temulentiam, &
ita in cæteris.

§. IV. In statu vero Ecclesiastico mala exempla eo majus scandalum præbent, quo majorem sanctitatem hic status populo inculcare debebat. Intendit equidem Princeps bonus, ut subditi non solum actionibus externis secundum leges vivant, sed &, ut quoad motus internos boni efficiantur, sed cum tamen cogitationes mente retentæ non subsint notitiae aliorum hominum, neque etiam pacem atque quietem communem turbent, contentus esse cogitur Princeps, si modo subditi cogitationes illas peccaminosas reprimant, ne in actis exteriores erumpant, aut ne scandalum præbeant aliis, eosque exemplo suo ad similia perpetranda invitent. Unde in judiciis humanis non magnopere interest, ex amore virtutis quis a criminibus abstineat, an ex hypocrisi. At religio, cuius cura singularis statui Ecclesiastico demandata est, & maxime Christiana religio, urget internam cordis purificationem, a qua si alienas se esse demonstrent populo personæ Ecclesiasticæ, duorum malorum alterum necesse est, ut in Christianismum introducatur. Velenim ad Atheismum perducuntur Auditores, vel pro vitiis salem habebunt ea, quæ in foro humano coerceri solent, reliqua vero peccata summae malitiae, vel res indifferentes esse arbitrabuntur, vel certe pro peccatis infirmitatis humanæ, quæ regenerati quoque quotidie agnoscunt, eadem venditabunt. Nam si ministri Ecclesiæ ejusmodi crimina committunt, quæ inter homines poenitentia coerceri solent, vel factis suis, ac si ea committant, justam præbeant suspicionem, & tamen verbis ea detestentur, ac de poenis non solum humanis, sed & æternis multa differant ad populum, non poterit populus fere aliter de iis sentire, quam quod ipsius non habent illa pro veris, quorum veritatem populo persuadere allaborant, quam sententiam postea prona semper ad malum insequi solet imitatio, Atheismum pariter theoreticum ac practicum exprimens. Quod autem peccata poenis humanis non subjecta concernit, qualia sunt immodica pecunia, honorum, vindictæ, &c. cupiditas, quilibet, qui non hospes est in vita civili, apprehendet, maximam populi partem in ea esse opinione, virtuosum & Christianum quem esse, et si his omnibus cupiditatibus sit infectus, modo ne actionibus suis exterioribus justam alteri de ipso efficaciter in judicio conquerendi præbeat occasionem;

sionem, aut si maxime aliquid vitios sub iisdem lateat, id ad indele-
biles humanæ naturæ infirmitates pertinere. Hujus autem perniciosi
dogmatis causam si inquiras, deprehendes, potissimum in eo sitam
esse, quod ii, qui contemptum gloriae, vindictæ, divitiarum, per
commendationem humilitatis, mansuetudinis, & sibi sufficientiae in-
culcare debebant, magnam partem avaritiae, ambitioni, contentio-
nibus sint dediti, & eos, qui verae Pietati operam dant, & abneg-
ationi sui student, saepius tanquam communes Christianismi hostes
persequantur.

§. V. Quamvis autem, ut haecenus vidimus, Status Politicus
pariter atque Ecclesiasticus emendatione præ statu Oeconomico habe-
ant opus, ipsos tamen si inter se conferas, invenies, regulas bonæ
methodi requirere, ut e statu Ecclesiastico correctionis fiat initium.
Id equidem non est diffitendum, summæ potestati quoque Clerum
subiecte, & virtus aulae, ac inter ea potissimum ambitionem ex aula in
statum Ecclesiasticum, si quis confuse rem ponderet, derivata videri.
Quod si vero exactius penitus, ab ipsis Regibus & Principibus per-
sonas Ecclesiasticas pro Dei Ministris haberi, hisque in statum Polit-
icum competere potestatem spiritualem, que longe majorem rever-
tentiam excitare apta est, quam potestas Politica, ejusque abusus con-
scientiis male informatis absurdissimas res persuadere potest; imo si
maxime consideres, ambitionem Cleri, avaritiam Ecclesiasticam, &
potissimum [ipso Melanchthonne conquerente] odium theologicum
longe excedere virtus illa, quatenus personis politicis inesse solent; sua
sponte sequetur, omnem correctionem Status Politici esse frustrane-
am, si non emendetur Status Ecclesiasticus; at si ab hoc incipiatur,
longe melius processuram esse postea extirpationem defectuum Status
Politici.

§. VI. Cæterum competere hanc potestatem corrigendi nèvos
omnium trium statuum Potestati summae, dubium esse non potest;
quaæ tamen & ipsa, ex corruptione universalí provenientibus multis
impedimentis communiter detinetur, ut non semper eandem ad vo-
rum omnium bonorum effectui dare possit. Quare maximam felici-
tatis suæ partem æstimabit populus, cui Principes contingunt, qui se-
riato dant operam, quo præcipui & reliquis eminentes defectus status
Ecclesiastici & Politici extinguantur. Et o nos felices, qui sub impe-

rio SERENISSIMI & POTENTISSIMI ELECTORIS BRANDEN-
BURGICI vivimus, utpote qui Deo insignes debemus gratias, quod
Potentissimam domum Electoralem consilio ejusmodi instruere volu-
erit, qua ad restorationem vita virtuose & Christianæ tendunt, &
vires regni tenebrarum non parum debilitant, ut in Imperio Roma-
no fere gratulari nobis possimus, de exemplis emendati ordinis Eccle-
siastici & Politici sine exemplis.

¶. VII. Scilicet abnegationi sui ipsius & humilitati Christianæ
cum nihil magis adverfetur, quam superbia & amor sui, non potuit
Satanas mox damnum Christianismo inferre, quam si illam imperan-
di alii cupiditatem, qua Christo adhuc presente in terris, Apostolos,
antequam Spiritus Sanctus in eos effunderetur, jam subinde tentaverat,
stabiliret. Cum vero prioribus tribus post Christum natum seculis,
quotidianæ fere anxietates & frequentia martyria Christianos in ordine
retinerent, & spiritus sumere prohiberent; mox in seculo quarto, post-
quam Imperatores Romani Christianam religionem professi, & obser-
vantiam suam erga Divinum Numen variis iisque splendidis in mini-
stros Dei collatis beneficiis contestati essent, pederentim oblitus est,
populus Christianus mansuetudinis & humilitatis, quas virtutes Chri-
stus suis tam serio inculcaverat, & potentia atque opibus, quibus gau-
debant abutentes porosissimum ii, qui sacris ministeriis erant addicti,
initio specioso Clericorum titulo, a reliqua populi parte, (qua Laico-
rum nomine propterea appellabatur) ultra quam par erat se distin-
guentes, imperium non in actiones a voluntate dependentes (quod tole-
rari poterat) sed in intellectum hominis & cognitionem ejusdem (qua
nulli homini subjecta est) querere coepерunt, & tandem omnimodo
consecuti sunt, usque dum per divinam gratiam Reformatores excita-
rentur, qui jugum istud Clericorum in conscientias Laicorum abi-
cerent, & verbum divinum traditionibus humanis fere obfuscatum
ab ipsis spuriis purgarent, Clerum potestati Politica subjecerent,
Laicos autem omnes in libertatem non omnimodam quidem, sed Chri-
stianam restituerent. Sentiens vero Princeps tenebrarum, quantum
damnum ex ista reformatione regnum suum passurum esset, mox post
mortem Reformatorum dissidia maxima, quorum semina quedam iam
viventibus ipsis Heroibus venerandis jecerat, inter utriusque partis
affectiones excitavit, eaque successu temporis ita auxit, ut Laicorum plu-
rimi

7

rimi jure suo conqueri potuerint, se jugem, quod antea collo eorum
incumbebat, non abjecisse, sed mutasse, & loco jugi lignei ferrerum
ipsis esse impositum. Loquimur id non solum illa præcipua scissio in-
ter Theologos Protestantes Saxonicos atque Helvetios, quæ postquam
odium capitale unius partis adversus alteram excitaverat, diversas se-
tas nomine, confessione, & ritibus distinctas fecit; sed & tot infinita
schismata, quæ hactenus utramque partem iterum dilacerarunt, hoc
abunde testantur. Horum originem & incrementa si consideres, omnia
eo tanquam ad centrum reduci posse videntur, quod Clericorum non-
nulli antiquum imperium in conscientias Laicorum sibi arrogare ince-
perint, eamque cupiditatem in non paucos discipulorum derivaverint.
At hæc quidem intentio obtineri non poterat, nisi excitatis inimicitiis
inter Laicos ipsos; Ad has autem obtinendas & fovendas nil aptius vi-
sum fuit, quam si singula partes sibi solis genuinum & unicum habi-
tum interpretandi scripturam attribuerent, dissentientes tanquam pes-
simos mortalium traducerent, populo Christiano fidem mortuam & Chris-
tiana humilitate vacuam inculcarent, & omnibus modis impedirent,
ne vita vere Christiana introduceretur. Quætas turbas hoc cacoethes
hactenus excitaverit vel in Lutherana Ecclesia, concipi magis, quam
pro dignitate materie dici potest, cum profecto omnia damna, quæ bel-
lis per seculum & ultra passi sumus, ex hac sentina malorum fere uni-
ce propullulasse non difficulter ostendit posset; & in statu pacato fe-
minaria Ecclesia & Rerumpublicarum, Academias idem in tantum cor-
ruperit, ut si per omnipotentiam divinam continget, ut Lutherus a
mortuis resurgeret, easque visitaret, profecto magnam partem eorum,
qui ad stabiliendam istam infallibilitatem Theologiam & Philosophiam
Scholasticam (Megalandro maxime, & jure quidem suo, exosfat) in lo-
cum verbi divini collocarunt, & tamen sibi soli titulum genuinorum
Lutheri affeclarum arrogant tanquam spurious & ne quidem Christiano-
rum nomine dignos, divino Zelo sit ejecturus. Excitavit tamen Deus
nostræ militer aliquot Theologos veros, & de corrigendo isto ingen-
ti damno sollicitos qui non solum exemplo suo & doctrina Laicos &
Clericorum ad mansuetudinem & humilitatem antiquam revocare fecerint al-
laborant, sed & scriptis aureis illos, quos doctrina & exemplum eo-
rum erudire non poterat, ad vitam Christianam excitare non desinunt.
Ut alios jam taceant, prostant publice & cum maximo gaudio, sed
tranquillo

tranquillo & Christiano, leguntur scripta Domini Speneri huc respi-
cientia fere omnia, præcipue vero ejusdem pia desideria, & non ita
pridem typis impressa vere Theologica præfatio, de impedimentis
Studii Theologicæ, quibus eo major applausus datur a desiderantibus
redintegrationem sanctitatis Christianæ, quo majori conatu ringunt &
ora distorquent Pseudo-Apostoli, sub indumentis ovium rapacitatem
plusquam lupinam occultantes.

§. VIII. Cæterum haud dubie consumeret parvum manipu-
lum piorum ingens turba hypocritarum & impiorum, qui pietatem
medium lucelli acquirendi esse & sibi & aliis persuadent, nisi inex-
hausta benignissimi Patris Clementia ineffabili sua sapientia consilia eo-
rum subinde elideret, & sèpè ex statu Politico instrumenta eligeret
reprimendi nequitiam stultorum, qui dictis & factis exprimunt, quod
Deum non agnoscant. Ac singularis adeo providentia opus est, quod
Gloriosissima memoriarum princeps JOANNES SIGISMUNDUS, Mar-
chio Brandenburgensis & Elector, cum ad reformatam religionem se
transstulisset, tali mente prædictus, talibusque Ministris gavilus fuerit,
qui ipsi non solum nullum odium adversus subditos Lutheranos suau-
derent, sed & optimum principem impellerent, ut Anno 1614. secu-
ritati communi edicto publico pie prospiceret, in quo seria volun-
tate corrigerè intendit magnos status Ecclesiastici nèvos. Pervene-
rant enim ministrorum verbi non pauci eo audacie, ut aduersus Chris-
tianos Evangelicos in interpretatione Scripturæ ab ipsis dissentientes
pro concionibus voces calumniosas & injuriis refertas adhiberent,
majoremque Zelum aduersus eos ostenderent, quam aduersus seconta-
tores, temulentos, usurarios, avaros aliquosque impios, ac ulterius do-
ctrinam de vita Christiana & fidei articulis utriusque parti communibus
seponerent, plurima ex scriptis humanis, paucissima ex verbo Dei pro-
ferrent, loco Theologicarum doctrinarum Philosophicas inculcarent,
& ad quemlibet locum quanlibet controversiam obtorto collo trahe-
rent, ut solum prurigini litigandi, calumniandi, atque disputandi pos-
sent satisfacere. Jussi itaque Princeps piissimus, ut in posterum ver-
bum Dei ex fontibus Prophetarum & Apostolorum & inde derivatis
rivulis librorum symbolicorum publice receptorum, sine mixtura glos-
sarum ineptarum, a curiosis & arrogantibus Theologis, primatum in
Ecclesia & brachium seculare affectantibus excogitarum, populo an-
nunciant,

nuncierant, e contrario autem ab omnibus calumniis, imprecationibus, & abominationibus abstinerent. Utinam vero optima hæc intentio & voluntas principalis effectum suum plene fuisset sortita! Etenim ut de Hydra Poëta fabulantur: multiceps hoc monstrum ea natura fuisse prædictum, ut uno capite detruncato, plura renascerentur; ita cum vietiis, quæ in integra aliqua societate altas radices egerunt, compatum est, ut contra severitatem Principis majus incrementum sumere soleant. Quare totalis exstirpatio hydra hujus Herculi Brandenburgico, FRIDERICO WILHELMO, Magno, & Majoribus suis majori, a divina providentia reservata fuit, ut in quo admiranda sua opera pluribus modis ostendere voluit divina benignitas. Sive enim calamitates & angustias consideres, quibus initio imperii sui Brennicus ille Heros circumdabatur, easque cum potentia, gloria non vana, & ditionibus plurimis, quas successu temporis acquisivit, conferas, necesse est ut exclames: Dei hoc opus esse, humana consilia excedens. Sive propius attendas, subditos in tam vasto imperio genuino huic Patriæ Patri contingisse utrique Protestantium religioni addictos, non errabis, si arbitris, forte hoc ideo factum esse, quod Deus voluerit per civilem conversationem saltem a Laicis & Politicis initium facere, iisque ansam præbere, veritatem certius penetrandi, cognoscendique, non distare adeo animos Lutheranorum & Reformatorum, quam sibi persuadent ii, qui conversatione ista destituti & calumniis Pseudo-Apostolorum seducti sunt. Plura dicere fuisus, nisi justis rationibus inductus, ea in alium locum differenda judicarem. Ergo id salem duobus verbis liceat addere, magnum Providentia divinæ mysterium in eo situm esse, quod in hac mixtura subditorum, non subditis Reformatis Principem Lutheranum, sed Lutheranis Reformatum & quidem FRIDERICUM WILHELMUM donare voluerit. Ergo ut ad scopum redeam, postquam Potentissimus Elektor deprehendisset, non attentis Avi sui memoratis jussibus, non desuisse Cleri magnam partem ad populum increpationes istas & contumeliosa verba in dissentientes continuare, officio boni Principis funditus, & regulas, quas Medici in curando morbo corporis humani observare solent, imitatus est. Siquidem primo, anno seculi hujus sexagesimo secundo in duorum edictorum eo tempore publicatorum uno, constitutionem JOANNIS SIGISMUNDI repetuit, in altero vero operam dedit, ut fons omnis mali ita obtutaretur,

raretur, ne scaturigine sua provincias Electorales ulterius inficere posset. Deinde cum deprehenderet, malum hoc contra iussa sua auden-tius ire, sub prætextu, ac si Princeps Optimus palam quidem promo-tionem pacis & tranquillitatis communis præ se ferret, clanculum au-tem extirpationem religionis Lutheranæ intenderet, novo edicto 1664. peſti huic ivit obviam: in quo ut evidentissime demonstraret, æquali affeſtu a ſe Lutheranos pariter atque Reformatos amari; ita volunta-tem ſuam declaravit, quod, quemadmodum ſerio nolle Reformatos a Lutheranis tanquam Calvinianos, Zwinglianos, hostes Majestatis, Sa-cramentarios, Sacra mentorum contemtiores, Manichæos, & ita potro traduci, iisque horrendas & impias conſequentias, quas ipſi tamē conſtanter negarent, ac quaſi longe alia credant, quam ore proſitean-tur, affingi; ita pariter ex altera parte Reformati erga Lutheranos a convitiis Ubiquitistarum, Flacianorum, Marcionitarum, Pelagianorum, Eutychianorum abſinere, iisque ſimiles conſequentias ex Matæologia Scholastico Aristotelica derivatas non imputare deberent, quodque pii viri singulari cognitione & pacis ſtudio pollentes a neutra parte, ac ſi hypocrita, Calixtini, Syncretiſta, & quid non? eſſent, debeant conden-nari. Sensit Satanás, ultimo hoc edicto magnum præſidium deſtrui ſibi, præprimitis cum ab iis, qui justam ſuſpicionem adverſus ſeipſos excitaverant, litteræ reverſales poſtula-rentur, & pauci, ſub lar-va conſtantie contumaciam ſuam tegere & ita Clementiſſimum Patrem turpiter decipere cupientes, bona cum pace (at quid mitius fieri po-terat?) dimitterentur, & alibi ſimiles labris ſuis laclucas juberentur qua-re. Hinc dici non potest, quæ Stratagemata adhibuerit myriote-chnites, ut piissimam intentionem Principis, de ſalute ſubditorum fuo-rum maxime ſolliciti, fruſtraret, armis eam in rem potiſſimum charta-ceis diſcipulorum fuorum uſus, & ſophiſmatibus ex armamentario Pseudo Theologæ Scholasticæ magna cum cura conquisiſtis. Sed ob-tinuit tamē cauſa iuſta, & per Dei gratiam jam quidem in ditionibus Electoralibus iſtud calumniandi cacoethes, ſi non plane extiſtum, fal-tem ita ſopitum eſt, ut apertis fauicibus non clament amplius Hæreti-fices, quamvis adhuc per iuſdias aliquando hiſcant.

§. IX. Quod ſi iuſtitui ratio permitteret, omnes illas felici-tates fuſius oſtendere, quæ ex obſervatione hujus Edicti in Rempubli-cam derivatae ſunt, integer traſtatuſ vix ſufficeret. At nunc quidem ſufficiat,

sufficiat, emolumenta quædam, quæ in nos Lutheranos inde redundarunt, non omnia quidem, sed magni momenti, breviter saltem, & quasi per indicem recensere. Siquidem, ut de Statu Ecclesiastico incipiam, cum antea verbum Dei pene seponeretur in suggestu, & loco ejus contentiones hominum rixosorum populo proponerentur, studium pietatis vero nunquam, vel rarissime, aut frigidissime inculcaretur; jam a non paucis Theologia moralis & observatio vitæ sanctæ ex puris scripturarum fontibus, vivo quandoque exemplo accedente, majori cum successu docetur: in specie vero quod Academias concernit, sperandum est, magis operam datus esse in posterum docentes pariter atque discentes scrutationi scripturarum, quam systematibus militaris, seu polemicis antea receptis, quæ ipsa Biblia ex manibus studiorum Theologiarum fere excusserant. Statui Politico facile cognosci potest, quantum utilitatis accesserit, si quis saltem meditetur, quantam dissidentiam inter Principem & subditos, diversæ religioni addictos, excitet persuasio mutua de alterius partis spontanea & præfراcla malitia atque impietate, utpote quæ non potest non vinculum mutuum, sine quo Respublica intelligi nequit, si non plane rumpere, saltem enormiter laxare. Denique subditi ipsi ad se invicem quoad Statum Oeconomicum relati, non majori delectatione frui poterunt, quam cultura honestæ cum concivibus amicitia. At quomodo hanc colere possunt, si persuasi sint, concives alterius religionis esse magis contagiosos & noxios, quam bestias venenatissimas. Hac vero persuasione sublata tanquam ex profundo somno evigilantes, quotidie nanciscuntur occasionem detestandi calumnias istas, quas a Mercenariis sibi antea imponi fuerant passi. Hic vero non possum non, quin obiter tangam vulgares ineptias, ut mitissime dicam, quamvis sint ineptiae malitiosæ: non frequentandam esse Lutheranis conversationem cum Reformatis, non visitandas conciones eorum, quia timendum sit venenum clandestine & ita periculosissime inficiens. Non dicam, si quis hac talia inditionibus Brandenburgicis serio proferre velit, eum graviter peccaturum adversus Edicta Electoralia modo recensira, quæ maxime prohibent, ne quis Reformatos calumnietur, quod aliter loquantur, aliter sentiant, utpote cum id venenum clandestinum non aliud sensum, quam calumnia illius habere possit: dico saltem, cavillationem hanc maxime contumeliosam esse in ipsam Religionem Lutheranam.

Quid enim? annon religio nostra antidoto gaudet aduersus venena
quæcunque? Agyrta, si populo efficaciam medicamentorum commen-
dere volunt, venena deglutiunt impune. Et nos, qui religionem no-
stram salvificam esse profitemur, timeremus, ne damnum patiatur reli-
gio nostra a veneno quoque falsa alicujus doctrinæ. Si Reforma-
torum conversatio, & conciones venenatae essent, cur ipsi metu non æque
conversations & conciones nostras, tanquam veneno isti adversas, fu-
giunt? Scimus enim æqualem esse antipathiam inter venenum & ve-
neni medicamentum. Ergo valeant ejusmodi axiomata vanissima, &
felicitas nostra etiam in eo sita est, quod per editum Electorale sapienter
deprehenderimus apud Reformatos quoque in conversatione civili Vi-
ros piissimos & de damno Josephi maxime sollicitos, quodque in ipso-
rum concionibus subinde senserimus motus sancti spiritus, æque ut in
concionibus piorum Lutheranorum. Ceterum perpendamus & sita:
Si utriusque religionis Ministri iusta Electoris Potentissimi observant,
& vitam Christianam ex verbo Dei inculcant, non est, cur Lutheranus
horreat conciones Reformatorum, quia hac parte inter nos non est dis-
senitus. Si utробique doctrinæ, circa quas dissidentius, placide & abs-
que calumniis proponantur, necesse est, ut vel ii saltæ ex Lutheranis
sibi meruant, qui in thesi sua, culpa vel docentium vel propria, non
sufficienter sunt informati (quamvis & ejusmodi homines rarissime in
schismata labi solent, ut pote fide, quæ Carbonaria dici consuevit,
contenti) vel, nisi aperte religionem nostram vilipendere velimus, ut
æque speremus transitum Reformatorum ad nos, quam ut tantum
transitum nostrorum ad illos metuamus. Quod si denique convicia &
mendacia alterutra pars in alteram spargat, metuendum magis est, ut
per prohibitionem ejusmodi transitus fiat ab una religione ad alteram.
Nitimus in vetitum, secundum commune proverbium, & si igitur Lu-
theranus, cui commercium cum Reformatis tam serio a suis interdi-
citur, ex curiositate aut etiam casu incidat in conversationem & ho-
milias Reformatorum, ac ibi deprehendat & palpet calumniam istam,
facile accidere potest, ut mendacium Lutherani in putet, quamvis er-
ronee, Religioni Lutheranæ, atque sic reliqua communione nostra ad
alteram transeat. Sic videmus plerumque eos qui religionem mutan-
t, inter causas mutationis magis recensere impietatem Cleri (at
pertinet

pertinet etiam ad impietatem calumnia & mendacium) quam ipsorum dogmatum.

¶. X. Transeamus jam ad emendationem status Politici. Triplex genus hominum per totum terrarum orbem dispersum est. Maxima pars dignitatem humanam detrusit in conditionem bestiis non assimilem, & rationem jam per lapsum satis corruptam sic corruptit ulteriorius, ut inter hominem & bestiam fere nulla praeter figuram externam, in ipsis quidem, differentia deprehendi possit. Pauci homines sunt, qui humanæ dignitatis præ bestiis gnari, cultura rationali tranquillitatem humani generis, ut vere homines promovent. Paucissimi mortaliū ultra communem fortē actiones suas ad Deum spiritus sui sancti gratia elevant, iisque desiderium suum pervenienti ad unionem cum Christo exprimunt. Utī vero ad hunc ultimum & summum felicitatis humanæ gradum non sine abnegatione sui & humilitate summa ac mansuetudine quis pervenire potest; ita etiam ratio cuiuscunque hominis dicitat, eos, quos ex vita bestiali ad vitam homini & civi decentem revocare volumus, non posse fortius incitari, quam si ipsis proponatur, non nisi per virtuosam vitam ipsos conservationem sui & verum honorem, cuius utriusque insignis cupiditas toti humano generi in praesenti statu indita est, consequi ac procurare posse. Nam per desiderium gloriae & honoris homo magnam partem a bestiis differt, & revera ingloria vita illorum est, qui medios inter homines bestie sunt. Exinde facile intelligi potest sensus multorum dictorum, qualia sunt; quod *vita & fama pari passu ambulent*, quod *propter famam conservandam vitæ periculum subire possimus, non vero debeamus ad conservandam vitam famam perdere*, quorū & spectat sententia Taciti *contemptu famæ contemni virtutes*: & Germanorum proverbium: *Guth verloren, Muth verloren, Ehre verloren, alles verloren*. Fallor? an non & ideo communiter puniūm honoris, *le point d'honneur* in omnium ore sit, ut denotetur, omnes actiones humanas ad honorem tanquam ad centrum in circulo esse referandas. Quemadmodum autem Diabolus tanquam summus decipiendi artifex sub scheme virtuoso & sancto se insinuare solet, ita & inuitu humilitatis Christianæ ac licite magnanimitatis se simiam Dei esse maximopere ostendit, sub pallio virtutum harum vitia & rationi & Christianismo e diametro adversa tegens. Maximi hypocrite & ita

& ita simul maximi inimici vita Christianæ externis actionibus summatum humiliatorem mentiuntur: quos Ecclesiasticus tangit cap. 19. *Est qui nequiter humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolo, & Salomon adjicit: Proverb. c. 26. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitiae sunt in corde illius.* Superbissimi homines subinde honorum contemnū simulant, saltē ut rogentur, & a vulgo habeantur pro magnanimitis. Tanta vero inter ambitionem & genuinam gloriæ cupiditatem differentia est, ut quemadmodum hæc ad excolendam virtutem maxime excitat, ita superbia sit scaturīgo omnium vitiorum seu aberrationum a dictamine rectæ rationis. Sapientissime Pacatus in Panegyrico Theodosii de Tarquinio Superbo: *Denique illum ipsum Tarquinium execratione postrema hoc damnaverunt maledicto, & hominem libidine precipitem, avaritia cæcum, immanem crudelitatem, furore vescordem, vocaverunt superbum, putaverunt sufficere convitum.* Ergo nil magis noxiū generi humano introduci potuit, quod quod punctum ambitionis *le point d' orgueil*, pene in universo terrarum orbe invaserit thronum puncti honoris, *du point d'honneur*. Veræ magnanimitatis verique honoris studium optime conjungitur cum mansuetudine, imo si sine mansuetudine sit, non est magnanimitas. At quæ magnanimitatem falso profitetur, ambitus, vindictæ cupiditate perpetuo flagrat, mansuetudinis hostis declaratus est, & vincula omnia non dicam Christianismi, sed naturæ, maximo impetu rumpit & conculet. Veram gloriam comitantur forinsecus pax, infra quies; Ambitio continuo stipata est motibus animum lacerantibus, litigis, rixis, duellis. Nihil magis a ratione absconum excoxitari poterat, quam per duella conservare velle aut reparare famam; nihil magis hominem bestiis assimilat, quam dimications privatorum ob injurias seu veras seu imaginarias, & nihil magis tamen in animis hominum, non vulgarium, sed procerum, sed principum ipsorummet tam profundie radicatum est, ut haec tenus in Germania tot edicta, tot sanctiones severe illud malum extirpare frustra laboraverint.

§. XI. Sed non adeo mirandum est, cur hucusque Constituções multis vicibus iteratae adversus Duella in Imperio Romano effectu prorsus omni destituta fuerint, si quis modo causas inquirat, quibus positis non potest non omne placitum Principis elidi. Hic vero

vero deprehendet initio, inveteratam consuetudinem apud vulgus
 instar legis esse, eamque, et si rem turpissimam stabiliverit, pro re
 sanctissima & inviolabili haberi, in tantum, ut omnibus viribus ten-
 tet abrogationem illius, tanquam juribus & privilegiis quasi suis ad-
 versiflammam, impedire. Et quid vulgus faciat, audeant cum talia
 eruditii & sapientes. Recordor hic *Wilhelmi Ripierii Consiliarii*
Status apud Regem Galliarum, qui anno 1666. Parisis edidit, duobus
tomis, literas & monumenta status sub regnis Francisci I. Henrici II.
& Francisci II. (les Lettres & Memoires d'Etat sous les Regnes
*des Francois I. Henri II. & Francois II.) easque subinde scholiis
 & additionibus quibusdam adornavit. Legitur ibi inter alia *Tomo*
I. p. 304 seqq. Apologia pro permissionibus duellorum a Francis-
 co I. indulxit, in qua Autor non quidem id intendit, ut licentiam
 duellorum omnium defendaret, sed, ut saltem in specie ostenderet,
 permissionem duellorum judicialium, legibus divinis non esse adver-
 sam. Quo tamen in negotio vir alias eruditus, & cuius meditatio-
 nes in sequentibus subinde nostras faciemus, talia adducit maximam
 partem argumenta, quæ & aperte sophistica sunt, & eorum pleraque,
 si probarent duellorum judicialium licentiam, apta quoque essent ad
 probandam justitiam reliquorum duellorum extrajudicialium, quibus
 tamen nihil iustius esse modo assertuimus. Non pigebit potissima eo-
 rum, quæ dicto loco differit Ribierius, paucis excerpere. Postquam
 igitur præsupposuisset *p. 304.* Duella judicialia antiquissimis tempo-
 ribus in Gallia recepta & fere Monarchia Gallicana coeva fuisse, iti-
 demque eadem permisso Ludovicum, qui sancti nomen adeptus fue-
 rit, subiungit, *p. 307.* ex rationibus, ut ipse eas venditat, politicis;
 "quod subinde melius sit conservare, aut permittere consuetudinem
 "antiquatam, et si pravam & abusui subjectam, quam eam mutare, eo
 "quod mutatio causa sit aliorum malorum & rerum inconvenientium
 "majus præjudicium facientium, quam quorum populus jam erat
 "assuerit. Quodoque omnis mutatio in republica si periculosa,
 "cum res publica sit instar ædificii, in quo variæ partes sic inter se
 "junctæ sunt, ut unam sine vacillatione alterius non possit subruere.
 "Nec esse adeo exiguum audaciam, si quis consuetudinem sic inve-
 "teratam abrogare velit, quod illa quasi in alteram naturam abierit,
 "& vim legis obtinuerit. Augustinum ipsum consulere Christianis*

"ut

"at accommodarent se moribus regionum, in quibus degerent, ne vel
 "scandalum alis praerent vel ab aliis acciperent. Loqui ipsum de
 "moribus communibus, & non de fide aut vitiis, per quæ Deus offendit
 "datur: ingentem enim differentiam esse inter mores corruptos, id
 "est, notorie a bonis improbatos & Magistratibus summis, & eos,
 "quibus autoritas publica principis pariter & judiciorum ac observan-
 "tia plurium seculorum accessit. Nam, dicente S. Thoma, exinde
 "inferri potest, quod in ratione fundati sint, quia alias non potuissent
 "sent tam diurno tempore subsistere & senescere sub assensu sum-
 "marum potestatum & personarum virtute conspicuarum. Ex ea
 "ratione Philosophum quandam Stoicum, hoc est, maxime severum
 "dixisse: *recti locum tenere errorem, ubi publicus factus est*.
 "His non absimilii deprehendes p. 311. quamvis ea Autor aliunde
 "ex quodam de la Marche recenseat. Duella judicialia esse necessi-
 "tatis licet, eti per illa tenetur Deus, eademque repugnant
 "legi, quæ homicidium prohibet, & ut alteri ea faciamus,
 "quæ nobis ipsis fieri volumus, inculcat. Magis enim assentiendum
 "esse approbationi communi tot imperiorum, regnorum & princi-
 "patuum Christianorum. Neque esse rem novam, ut tenetur De-
 "us ad probandam causam obscuram, & que testibus probari nequeat,
 "cum multi homines per probationes mediante ferro candente & aqua
 "servida adhibitas se purgaverint ab imputatis criminibus, & tamen
 "Deus probationibus ejusmodi quasi assurixerit, &c. Non melius
 "ipse Autor iterum procedit p. 319, ubi vult ad objectionem com-
 "manem respondere: *non facienda scilicet esse mala, ut inde eveniat bonum.* Sic enim rem expedit: Ingentem & essentialem dif-
 "ferentiam esse inter offenditionem Dei, quæ intendat acquisitionem
 "commodi alicuius Spiritualis aut temporalis, & quæ intendat evita-
 "tionem offenditionum majorum & peccatorum alias inevitabilium.
 "Ultimam hanc actionem permittam esse, & in quo pro sapienti & pru-
 "denti haberi aequa in Ethica ac Politica Christiana, non quod Chri-
 "stianismus approbet ullum peccatum in se, sed quod in concursu
 "duorum malorum, quorum alterutrum evitari nequit, minimum de-
 "beat eligi & pro bono reputari. Sine hoc etiam axiomate indubita-
 "bili & in quo convenienter Theologi (Ponzifelii) non posse justificari
 "permissionem vitae publicæ & liberrimæ meretricum in urbe Roma,
 "ubi tamen sedes Ecclesiæ sit, neque sententiam Cardinalis Tolerti,
 "quod

"quod licitum sit dare argentum, ut procuretur electio boni Papæ,
 "si alias metuendum sit, ut eligeretur indignus & incapax; & alio in
 "loco approbare Toletum, quod quis optare possit mortem Hæresi-
 "archarum & aliorum corruptorum animæ, ut per eos prohi non
 "amplius infici possint. Imo circa quæstionem ipsam, de qua con-
 "troversia sit, concludere & defendere Casuistas celeberrimos, quod
 "Principes possint quandoque & in certis casibus extraordinariis ob
 "evitanda mala & scandala duella permittere, quæ tamen pure & sim-
 "pliciter considerata mala essent, cum actiones mutatis circumstantiis,
 "etiam naturam suam & qualitatem mutare soleant, & venena eva-
 "dant medicamenta & remedia salutaria, si applicentur ad curan-
 "dos morbos & sananda vulnera &c. Et p. 320. Regulas &
 "formalitates, quibus in judicio locus sit, differre pro diversitate tem-
 "poris & regionis, sed Legem Legum, & Regulam Regularum esse,
 "ut quisque observet leges patrias, aut ubi domicilium fixit, iisque
 "se submittat tamdiu, & obedientiam præster, quamdiu superiores
 "eas observari velint. Etenim nobis injunctum & mandatum esse
 "expressis verbis, ut obediamus Principibus & Magistratibus, non
 "solum ob metum iræ, sed & propter conscientiam, quia ipsorum
 "potestas sit a Deo, in tantum, ut qui ipsis resistat, resistat ordinationi Di-
 "vinæ, ejusque iram & condemnationem provocet. Exinde inferri,
 "Duella tamdiu pro legitimis & quæ Deum non offendant haberi de-
 "bere, quamdiu Reges & ordinationes judiciorum ea approbent,
 "quæ ea precedente causa cognitione & deliberatione permittant,
 "iisque etiam personæ Ecclesiastice secundum Edictum Philippi pul-
 "chri assistere debeat &c. Neque obstat huic sententia (ita pergit
 "p. 321.) contradictionem Paparum quorundam & aliarum pe-
 "sonarum piarum & eruditarum, quin & Conciliorum Nationalium &
 "Provincialium; quippe ad ista indubitate tenendum esse, opiniones
 "& decisiones Theologorum particularium aut etiam Synodorum
 "Provincialium & Nationalium, aut Paparum ipsorummet, quando
 "non pronunciant ex cathedra, non obligare conscientias, principa-
 "liter, quando opinio contraria nitatur autoritatibus similibus, nec
 "formaliter condemnata sit vel a Concilio Oecumenico vel a Papa
 "forma judiciali adhibita, ac observatis omnibus solemnitatibus de-
 "bitis &c. Accedere, quod etiam post Concilium Tridentinum

"(vide p. 324.) Duellorum illorum licentiam prohibens, multi Do-
 "ctores Ecclesie & celebres Casuista defendant Duella in quibusdam
 "casibus esse licita. Post sententiam vero tot Theologorum optimae
 "notae, puta Toletani, Navarri, Soti, Dianæ, Banefii, Sanchezii, Con-
 "ninkii, nullum amplius restare dubium, quin regibus competitat po-
 "testas & autoritas legitima permittendi duella. Nam vel sententiis
 "eorum, qui claves conscientiarum nostrarum & scientias ad salutem
 "necessarias possident, quemcunque se debere submittere, quod illi
 "sunt melius instruti, melius illuminati, meliorique iudicio polleant,
 "ac alii homines &c. Denique; (p. 123.) Duella olim consuetudi-
 "ne eadem approbante fuisse licita & sine offensione Dei, hodie vero
 "post prohibitionem facta esse illicita. Idque clare & affirmative a
 "S. Augustino in questione simili esse definitum, dicente; *quia tunc*
 "mos erat, peccatum non erat: nunc autem quia mos non est,
 "peccatum est. Et tamen noster Autor statim subjungit, actiones
 "quasdam malas esse, quia sunt prohibita, alias ideo esse prohibitas,
 "quia sunt male, atque ad hanc ultimam classem pertinere Duellum,
 "ut quod in se malum & illicitum sit tanquam occasio proxima & vo-
 "luntaria homicidii, &c., Nola plura excerpere, cum haec suffi-
 "cere possint in declarationem ejus observationis, ad quas ineptias
 possit seduci vir etiam eruditus, qui defensionem rei alicuius non ex
 amore veritatis, sed excessu affectus alicuius abreptus, suscepit; &
 quantis absurditatibus referta sit Theologia moralis Scholastica, (ex
 qua videlicet potissimum argumenta Nostri vides esse petita,) ut adeo
 errare vix possit, si tibi persuadeas, eam, quanta est, una cum Theolo-
 gia Scholastica Systematica tanquam a capite ad calcem erroribus
 periculosis & prejudicis refertas, ex Academiis Christianorum
 esse eliminandas. Non quidem refutabo prolixè ea, quæ hucusque
 excerpti, cum ejusmodi nugas recensere similiter sit refutare, & tot
 pene Sophismata continetur iisdem, quod fuerunt lineæ. Illud
 faltem repeto: si inferrent ea rationes quicquam pro justitia Duello-
 rum judicialium, æque ex iis pariter defendi posse Duella extrajudi-
 cialia, præprimis quod ad argumentum de inveterata consuetudinis
 efficacia attinet. Nam æque inveterata consuetudo est in Germania,
 quod rixæ quotidianæ Duellis finiri fuerint solitæ. Et quid non fla-
 gitū defendi posset ista ratione, ut quæ pro impreba Italorum Ve-
 nere

nere, Hispanorum furacitate, crapula Nostratum & ita porro æque militat, ac pro licentia Duellorum.

§. XII. Sunt vero & aliae rationes, proprius ad Duella respi-
cientes, quæ prohibuerunt, ut tot constitutiones & mandata hac-
nus in imperio publicata effectu caruerint. Invasit illa libido dimi-
candi per Duella non Statum Ecclesiasticum aut Oeconomicum, sed
Politicum. Igitur si istud malum funditus eradicari debet, frustra
quis id perficiet abscissione surculorum. Aula est (sub Aula vero &
hic militiam comprehendere) ex qua Duella irrepererunt in Academias.
Frustra igitur erunt omnia edicta, et si vel centies repetita, quæ stu-
diosis tantum Duella interdicunt, permittunt aulicis. Mores auli-
corum imitatur ex populo quivis, qui inter eos cives referri vult,
qui præ aliis civilitati & urbanitati student. Maxime vero studiosus,
animal ex genio secu*i* ferox & liberatem maximam in Republica
affectionans. Opinio quo plerisque eorum insidet, quod ipsi sint ma-
teria, ex qua summi in republica officiales cudantur, singularia item
privilegia, quibus studentes per tot secula gaudent, firmiter illis per-
suadent, acsi injuria ipsis fiat maxima, si ab exercitio quarundam
actionum prohibeantur, quæ aulicis patent. Adde quod inter stu-
diosos sint multi Aulicorum liberi, qui eo casu plerumque a pœni-
bueficio parentum eximuntur, qua inæqualitate semel inter perso-
nas, quorum status maxime æqualitate preditus est, introducta non
potest non observantia legum ipsorum pedenter labescere. Porro
si Aulicos pariter & Studiosos respiciant leges, Duellorum usum abo-
lentes, legislator operam dare debet, ne facile dispensem, aut pœ-
nam remittat iis, qui aduersus legem peccarunt. Scio equidem, ad
Regalia Principis pertinere partim potestatem dispensandi, partim jus
aggratiandi. Sed scio etiam, regulas Politicas velle, ut Princeps, si
ullis aliis, certi his Majestatis juribus moderate utatur. Debent leges
esse normæ universales subditorum in communis Reipublicæ utilitate
fundatae: Jam si dispensationes & exemptiones a legum obligatione
nimis frequenter princeps, sui contemptum in animis subditorum ex-
citabit, cum omnis dispensatio presupponatur ex causa justa debere
sieri. Et ergo necesse erit, ineptam esse regulam, quæ plurima ad-
mittit exempla exceptionum. Quod si vero populus arbitretur, sine
justa causa a Principe dispensari, non poterit non hæc opinio in sub-
ditis

dicitis provocare odium erga Principem, tanquam male suo fungentem officio. At utrumque horum simul cententum legum operatur. Similis est ratio, si Princeps exempla iuris aggratiandi cumulet, quippe cum & hæc cumulatio apud subditos suspicionem generet, vel quod leges non sint tanti, quarum transgressio tot vicibus nullam poenam mereatur, vel quod princeps sine justa causa erga homines delictis æquales tantam observet inæqualitatem. Quinimo utrobius fere necesse est, subditos ad eam sententiam perduci, ac si Princeps legem ferendo jocari saltem voluerit, quo nihil magis perniciendum & ad contentum & Principis & legum tanquam rerum maxime seriarum producendum aptum esse solet. Notari & huc transferri meretur discursus Cardinalis cuiusdam Gallici, relatus a Ribiero. d. l. p. 326. Si le Roy de France, disoit il, veut tout de bon abolir les Duels dans son Royaume (*& lever il credito a questa bravura*) il n'a, qu' à parler en sa Chambre & dans son Cabinet, comme il fait à son Parlement, & declarer hautement, que tels combats & coupe-gorges luy sont en horreur, & ceux, qui s'y plaisent, & en font exercice, tres odieus & en mepris. Qu'il n'estime pas tant les hommes par le coeur, qui leur est commun avec beaucoup de bestes brutes, que par l'esprit & la sagesse, qui leur sont communs avec les Anges. Il adjoustoit, qu'il ne suffisoit pas, que le Roy temoignast en paroles son indignation contre les Duellistes, qu'il y faloit joindre les effets, en les excluant des commandemens de guerre & des charges, & offices de sa Maison, leur faisant connoître par leur propre experience, que la vraye vertu, qui mer en estime les Gentils hommes aupres de leur Prince, consiste à faire de bonnes actions pour son service quand l'occasion s'en prefente, & non pas en faire de mauvaises & contre ses deffenses. Et porro. p. 227. Les duels estans ainsi traitiez de mespris & de l'indignation & disgrace du Rox, passeront bientost pour ridicules, & n'auront plus de cours & de credit entre les personnes de qualite; ils seront degradé de Noblesse. Mais si au lieu de tenir les Duellistes pour des extravagens & temeraires, mutiens & seditis; si le Roy eu au lieu de leur montrer un visage de souverain, qui doit & veut estre obey & reveré de ses sujets, les voyoit de bon oeil, & leur temoignoit en son Louvre estime & bienveillance; si sa Majesté souffroit, qu'en sa presence quelque indiscret parlast avantageusement de ceux, qui auront bien réussi en tels

tels combats, ou au desavantage des refusans, imputant le refus faute de courage, il ne faut point douter, que la Noblesse Francoise, qui naturellement est passionee des bonnes graces de son Prince, & se pique de vaillance, & du point d'honneur par dessus toutes les nations du monde ne suivist plutoz les propres mouvements & inclinations de son Roy & l'air de sa cour, que de s'arrestres aux menaces & rigueurs de les Edits, quelque peril, qu'il y eut d'en encourir les peines en Justice, & partant il est bien certain, que le plus facile, le plus court, & assuré chemin en France pour parvenir à l'abolition des duels, c'est de les deshonororer & diffamer. Ce qui depend de la personne même de sa Majesté, sa vive parole & sa conduite ordinaire en la dispensation de ses graces & faveurs contribueront encore d'avantage à decrediter & aneantir ce pernicieus usage, que ne feront ses Edits, & les executions qui s'en feront tres rarement en justice.

§. XIII. Ulterius non sufficit pro præsenti rerum statu, si quis Princeps Duella exditionibus suis abolere velit, ut omnibus eadem severè interdicat, & ut non facile dispensem, aut pecuniam legibus determinatam remittat, necesse est insuper etiam, ut lysis de satisfactio- ne ob injuriam illatam exacte & prudenter prospiciat. Grotius, ubi de causis belli justificis in libro II. tractat, inter alia ut demonstrat propter illatam alapam aut etiam propter inferendam, lamen- tem periculo mortis non esse subjiciendum, hunc in modum, ni fallor, philosophatur: Alapæ passionem non operari igno- miniam, sed potius, si quis eam patienter ferat, honorem exinde ipsi esse proventurum. Confistere enim honorem in opinio- ne de insigni alterius virtute. Jam cum & patientia virtus sit, & in- signis patientia sit, alapam concoquere, necesse esse, apud alterum honorem erga me excitari, si opinionem de insigni mea patientia concipiatur. Sed ad istam Grotii sententiam notavit, ut opinor, Zieglerus. Philosophiam istam non esse ad genium vitæ civilis aptam. Et ita quidem est: Patienter fertur injurias, non Philosophia, sed Christianismi opus est. At Christianus legibus humanis, qui ipsius affectus coerceant, non habet opus, & qui legibus indigent reprimentibus actionem exorbitantiam, a' vero Christianismo adhuc procul absunt, etsi medios inter Christianos vivant, & sic sublimem istam sapientiam non ferant. Bene esset, si quisque in republica cum Seneca Contu-

melias contemneret de vita beata cap. 26. Nullam mihi injuriam
 facius, sicut ne Diis quidem bi, qui aras evertunt. Sic vestras
 hallucinationes fero, quemadmodum Jupiter optimus maximus
 ineptias Poerarum, (quod ultimum tamen cum venia poetarum di-
 quum esto.) At cum plerique inter hodiernos Christianos affectibus
 suis abripiantur. & vindicta bonum sit, vita jucundius ipsa, necesse
 est, ut princeps, dum defectus hos emendare studet, quantum salva
 justitia fieri potest, Palato subditorum suorum civiliter ægrotantium
 se paulisper accomoderet, & ut eo melius observantiam legum suarum
 obtineat, de satisfactione propter injurias acceptas lœsis prospiciat.
 Prudenter iterum Ribierius d. l. p 331. Tousjours le principal soin
 des Juges du point d'honneur doit estre, ce me semble, de renvoyer
 l'offencé pleinement satisfait, & notamment entre parens ou voisins,
 parceque le rencontrans souvent ensemble, la querelle se renouvel-
 leroit facilement. Car les hommes sont hommes, c'est a dire, fort
 fujets aux ressentiments & vengeances des injures, qu'ils ont receues,
 & sur tout les Gentils hommes portent impatiemment les moindres
 blesures & egratignures faites à leur honneur. De sorte, qu'ils re-
 chercheroient plutost les occasions de rentamer la playe, que de de-
 meurer honteusement sans satisfaction convenable à l'offence. Je dis
 cecy, parceque je scay d'original qu'aucuns d'eux se font plaints du
 simple emprisonnement pour des injures atroces, qui meritoient a
 leur avis une peine plus severe; la prison n'est point ignominieuse
 aux hommes d'épée, qui sont jeunes, quand il ne s'agit que de quel-
 que emportement de langue ou de main, & il est juste, que quicon-
 que offense une personne de qualite dans l'honneur, soit puny au
 sien par quelque soumission & reconnaissance, qui marque la faute
 & indiscretion. Je ne scay pas même, si pour les coups de main &
 de baston ou canne il ne seroit point nécessaire de renouveler l'an-
 cienne Loy du talion, ou du moins, que l'offencé pust lever la main
 tenent aussi une canne ou baston, si l'autre en avoit usé, sans toutes
 fois, qu'il luy fust loisible d'en toucher, à peine d'estre traité de
 même à l'instant. Denique non solum operam dabit Princeps, ut
 l'udentes, qui ipsius subditi sunt, ad satisfactionem lœsis dandam adi-
 gat, sed & curabit, ut & subditis suis honor & existimatio illæsa ma-
 neat, si exteri injuria & contumelia eos afficiant. Est enim finis
 omnium

omnium Rerum publicarum, ut quisque tam adversus externam, quam internam vim sit securus, & maxime quidem aduersus externam, cum metus hujus violentiae sit vera & unica causa constituenta civitatis, (non natura humana, ut Peripatetici dicto Philosophi sibi, quod *homo natura animal politicum*, abutentes, ineptiunt, unde & non magis apte respublicas in statu integritatis sibi per somnium finixerunt.) Ceterum ut Princeps eos, qui fama & honori aliorum insidiantur, & subditi ipsius sunt, in ordine retineat, fere in potestate ipsius situm est, ut subditis aduersus injurias exterorum prospiciat, non semper ipsius arbitrio est reliquum, præprimis si vicini Principes potentiores sint & iustitiam Domino laeti denegent, aut facta subditorum suorum plane approbent. Suadet enim saepius utilitas Reipublicæ, ne ob injurias privatorum, etiam graviores, Princeps alteri bellum inferat. Quare facile patet, etiam si Princeps aliquis imperii severissime Duella interdicat, & subditos suos etiam contra mandata sua facientes acriter coercat, non magnum tamen effectum de editio suo eum sibi polliceri posse, si Principes alii habenas huic impotenti libidini laxent, & subditi adeo ejus quotidianis calumniis vicinorum nobilium exponantur, nisi Deus ei simul ejusmodi potentiam indulserit, ut non facile timere debeat, ut Principes vicini de contumelia subditis suis illata, iustitiam ipsi aduersus subditos proprios sint denegatur.

§. XIV. Ergo simul mirari quis definet, cur Potentissimus Eleitor noster FRIDERICUS III. Sapiens rem adeo desperatam de novo aggredi non desperaverit, & ante biennium, anno 1688. mense Aug. severissimum editum aduersus Duella publicari curaverit, siquidem cui liber, qui vel saltē obiter tenorem editi hujus inspexerit, ad oculum statim patebit, omnes istas rationes, quas §§. duobus præcedentibus enumeravimus, ibidem maxima cura fuisse evitatas. Etenim initio hoc Edictum non solum studiosos in Academiis, sed omnes status Politici proceres respicuit, per verba expressa Articali 4. Feiner, er sey Hof-, Civil- oder Kriegsbedienter, hohes oder niedrigen Standes, Adelich oder Unadel, Fremder, oder Einheimischer &c Deinde plurima argumenta maxime seriae voluntatis, & quod Princeps Optimus dispensationem nullam hic admittere velit, inibi continentur. Siquidem ei, qui alterum solum ad duellum provocaverit, perpetua degradatio ab officiis, quibus fungitur, una cum mulcta aut incarceratione

tione est injuncta. Quod si officio careat, dimidia parte omnium suorum reddituum per triennium privari & insuper triennali incarceratione aut si opibus destituantur, sexennali condemnatione in opus publicum puniri debet (artic. 5.) similique poena provocatus, et si solum lireras provocatorias suscipiat, aut duellum cum provocante condicat, est afficiendus. (artic. 6.) Quod si duellum fuerit consummatum, utraque pars per processum summiſſimum capirati poena, nobilis quidem decollatione, alius suspendio, corpora defunctorum in honesta sepultura infamati & bona eorum confiscale jubentur. (art. 7.) Parrini & qui partes secundas in Duello sustinent, item internunciis, et qualem poenam metuendam habent; quin & ministris & famulis, quibus quis in provocandis aliis quandoque utitur, aut si illi Dominis suis scientes arma ad duellandum afferant, item machæropœi, qui gladios elocare solent, poenam damnationis in opus publicum per biennium aut triennium expectabunt (art. 9.) imo ne quidem spectatores impunitatem sibi promittent, quippe degradatione officiorum & quartæ partis bonorum confiscatione coercendi. (art. 10.) Ut vero omnem spem dispensationis aut aggratiationis plane præscinderet Proceribus suis Dominus noster Clementissimus, significantissimis verbis & in Principe, si non majori, certe æquale effectu cum juramento gaudientibus in ultimo articulo est usus: So geloben und versprechen wir hiermit, bey unserm Thurfürstlichen wahren Wort, daß wir hierunter mit niemanden, wer der auch seyn möchte, um einigerley Ursachen willen, wie dieselbe ersinnet oder erdacht werden könnte, conniviren oder nachsehen, weniger die gesetzten Straffen erlassen, noch einigen Pardon oder Gnade diesfalls ertheilen wollen. Wir verbieten auch allen und jeden, wes Standes oder Würden die auch seyn möchten, daß sich niemand unterstehen soll, in dergleichen Fällen einige Intercession oder Vorbitte bey uns einzulegen, was auch für eine Sache, Gelegenheit oder Anlaß darzu geben könnte, als zum Exempel die glückliche Enthbindung Unserer Gemahlin, die Geburth oder Heyrath eines Unserer Prinzen oder Princeſſinnen oder anders vergleichen, alles bey Vermeidung unserer indignation und Ungnade. Et quamvis alias Principes non adeo severe animadvertere soleant in eos, qui lingua maiedica leges ipsorum traducant, singularitas tamen rei, de qua hic agitur, poposcit, ut & iis

in fine

in fine pro diversitate circumstantiarum poena incarcerationis, multæ degradationis, & ita porro imponeretur, qui eo audaciæ progressuri sint, ut adversus hanc constitutionem, aut eos, qui eidem debita obedientia se submissuri sunt, quicquam contumeliosi aut ironici proferre tentent. Similera animi severi declarationem in Rego suo laudat Ribierius d. l. p. 237. Le Roy s'est obligé en foy & parole de Roy, & par serment solennel à Dieu de maintenir son Edit contre les Duellistes avec une fermeté inflexible, & n'exempter aucun d'eux des peines y contenues par quelque caule & consideration que ce soit, générale ou particuliére. Loquuntur autem exempla non una & illustria quidem, quam cordi sit ista salutaris clausula Electori Potentissimo, quæ cum in vulgus nota sint, non opus est, ut pluribus eorum hic injiciatur mentio.

¶. XV. Tertio in Articulo 11. ipse Sapientissimus Legislator observationem, quam §. 13. dedimus, diserte inculcat, non posse videlicet Edictum hoc salutare ad executionem perduci, nisi læsis satisfactio debita procuretur. Unde præcepit, ut omnes injuria, sive verbis, sive indecenti corporis figura factæ fuerint, vel depreciatione, vel palindia, vel degradatione, aut mulcta, aut incarceratione, relegatione &c. puniri debeant. Minæ, manu aut baculo factæ incarceratione annua lui jubentur, adjuncta publica depreciatione & mulcta. Injuriis realibus & alapis, ac reliquis, quæ manu infliguntur, siquidem ad eas quis ab altero calore rixæ provocatus sit, poena triennalis incarcerationis, fin minus, per quadriennium, dictatur, & ita quidem, ut ante incarcerationem lædens in praesentia personarum honoratarum, læso ad recipiendas similes injurias se offerat, atque declarat, se maxime irrationaliter & bestiali more ad verbera progressum fuisse &c. Quod si alteri verbera scutica aut baculo fuerint data, non multum absimilis processus observari mandatur, nisi quod ille, qui præmeditato animo alterum, omnia alia suspicantem, baculo invaserit, siquidem id in conspectu ejus factum fuerit, quindecimali, fin a parte postica, vicennali incarceratione jubetur poenam dare. Ultimo promittit etiam & caver Potentissimus Princeps noster subditis adversus injurias exterorum articulo 6. in fine 2 verbis: Im Fall auch der Provocant sich nicht in Unsern Landen befindet, noch Unser sondern einer andern Herrschaft unterthan wäre, alsdenn wollen Wir so fort auf des Provocati unterthänigste notification Uns seiner aufs ernstlichste und nachdrücklichste annehmen,

D

und

und es durch Unsere requisitorialia und intercessionalia dahin beför-
dern, damit dem Provocato gebührende satisfaction verschaffet werde.
Et quamvis disertis verbis similia non promiserit Pater Patriæ, si quis
ab extraneo injuriis & contumelia fuerit affectus, non tamen nisi male
fanus dubitare potest, quin, Qui tanta cura prospexit suis, qui fal-
tem ab extraneo provocati sunt, & ita, ut ordinarie contingit, ipsimet
non sine culpa omni esse solent, Idem etiam multo magis plane inno-
centibus & graviter lœsis satisfactionem omni modo sit procuraturus.
Et qui non suis opem ferret Princeps Dei vicem in his terris gerens,
cum ea potentia & voluntate a Divino Numine sit beatus, ut externis,
potentia majorum injuste oppressis asylum tutissimum præbeat atque
refugium.

§. XVI. Ergo o nos iterum felices, quos securos esse jubet de
salute nostra Edictum hoc salutare. O felices ditiones Potentissimi
Principis nostri præ ditionibus aliorum Principum, quæ subinde ho-
miciidiis per duella inquinantur; homicidiis inquam, quæ tanta abomi-
natione persequitur Divinum Numen, ut, cum intuitu reliquorum de-
lictorum justam peccatarum impositionem cuilibet Principi ex utilitate
singularum Rerum publicarum determinandam reliquerit; huic soli
ipsum, per legem Noacho, humani generis restauratori, publicatam,
& sic universum genus humanum obligantem poenam sanguinis im-
plicerit. At felices vel maxime Academias Brandenburgicas, cum non
frequentia magis, quam iis in locis duellorum & homicidiorum exem-
pla alias soleant occurrere, non amplius in nostris metuenda. Felicem
statum universum Politicum, qui hoc demum modo paulatim mansue-
tudini, hoc est, virtuti ad Christianismum proxime accedenti affuerit,
& proprius hoc pacto a Regno Dei abesse incipit. Ridendi adeo erunt
quam maxime, quibus non est ad palatum constitutio hac sapientissi-
ma, quod detrimentum aliquod inde accedere Academias vel potius
marsupiis propriis putent, eo, quod evidenter teste studiosorum nu-
merus post hoc Edictum hinc inde fuerit imminutus. Ignorant pro-
fecto affectata ignorantia, salubriorum medicamentorum omnium eam
esse naturam, ut res corpori noxias expellant, & qui adeo Edictum
hoc rixatores & carcinomata Academiarum quoque non expelleret.
Utinam vero tota respublica per severissimas leges alias simili modo
ab omnibus truncis, & qui fruges consumere nati sunt, ac improbis
purgari

purgari posset. Multitudo civium societates non reddit beatas, sed virtus. Nec potest non magnum incrementum juventutis studioſe expectari ab Academiis ita hac parte restitutis in integrum; præprimis si aliae extra Electoratum Academias non simili modo a malo isto inventato libenterentur. Sed abit tamen, ut utilitatem nostram præferentes utilitati communi Imperii istud optemus. Quin potius speramus fore, ut & aliis in locis Principes ac Status imperii imitari incipiatur saluberrimum exemplum Salomonis nostri, & frivolum ministri status de impossibilitate hujus rei, aut dari nis inde in rem publicam redundantibus abjiciant opinionem. Altiores radices egerat hoc malum in Gallia, quam apud nos, quippe cum ibidem res in talem furorem abierat, ut & partes secundæ, quæ curare debebant, ut ipsæ partes principales eo facilius conciliarentur, ipsæmet se invicem aggredierentur, & ita sapissime contingeret, ut sanguine proximi, amici singulares, sine ulla odii aut iræ causa manus consererent, & magis bellæ, quam bestiæ ipsæ, se mutuo necarent. Et tamen vix severo Edicto interdixerat duella Rex Galliæ, cum statim testante Ribiero d.l. p. 329. potissima pars nobilitatis Galliæ animos emendaret suos & justis Regis mandatis voluntatem & actiones suas submitteret. Idem memorat p. 331. erronee à quibusdam defensum fuisse: postulare rationem status, ut duella indulgerentur, & ut hostem sibi quisque paret, dum bella quiescunt, ne videlicet nobilitas Gallica, si ardorem nativum & inquietum animum erga pares vertere nequeat, eodem damnum inferre intendat superioribus. Sed recte subjicit: Seditiones & bella civilia nullo tempore magis floruisse, quam illo, ubi Duella erant permissa, quippe cum ista permisso non reddat homines pacificos, sed maxime temerarios, & turbis patriæ se ingerendi promittissimos. Monomachia pariunt lites inter totas familias, ex his factiones oriuntur ex factionibus subito bellum civile tota regna & provincias invadere solet. Non multum absimile a priori est illud fallum, fortitudini bellicæ obesse duellorum abrogationem, quippe effeminatos reddi animos civium, nisi assuefiant in pace bellis privatis. Hic equidem non urgebo, quod iterum regerit Ribierius p. 332. Lanistas ac Palæstritas ad bellum esse ineptissimos, cum non sint adsueta igni & sono tormentorum. On les à veu, ait, n'estans pas aguerris & accoustumez au feu & au bruit des Câ-

nons & mousquets, trembler dans les tranchées, baisser la teste, & se prosterner en terre par frayeur des mousquetades, qui passoient neantmoins bien haut par dessus leurs testes & ne leur pouvoient nuire. Si en leur presence on agitoit quelques propositions & questions de guerre, ils en parloient si impertinemment, qu'ils se rendoient ridicules. Ils ne scavoient non plus que de simples bourgeois nouvellement arméz, & enrolléz en la milice, comme il faut assieger ou defendre une place, la fortifier tant au dedans qu'au dehors, former des escadrons de Cavalerie & des bataillons d' Infanterie, les faire marcher en ordre, bien camper & poster seldén la diversité des temps & des lieux & avoir connoissance des ruses de guerre, soit pour s'en servir ou pour s'en garentir. Quamvis enim hæc a veritate non aberrent, attamen illud adhuc magis hoc loco considerationem mereri videtur, quod fortitudo bellica non tam consistat in defensione corporis adversus periculum mortis, quam in patienti sustentia caloris, frigoris, famis, sitis, vigiliarnm, laborum maximorum, aliorumque infinitorum incommodorum, quæ Duellantes & rixatores Aademici, utpote otio & pigritia toti infecti, omnium minime perferre queunt. Confirmat dicta validissime articulus I. Editi Electoralis, verbis: Die Erfahrung hat es gewiesen, daß diejenige, so dergleichen unzulässige Händel anstisten, und nicht ruhen können, biß sie ihren Nächsten, ja wohl die allerbesten Freunde, aus vergaltem und boshaften Gemüthe collidiren und zusammenheken, keines genereulen und aufrichtigen Gemüths seyn, sondern weilen sie sich gemeinlich nur auf Fressen, Saufen, Spielen und ein liederliches Leben begeben, und incapable seyn dem Vaterlande einige erspriessliche Dienste zu erweisen, als suchen sie nur andern ihre oft saur erworbene Ehre und guten Namen abzuschneiden, und sie in allerhand Unglück und Schaden, ja wohl gar um Leib und Seele zu bringen.

T A N T U M.

COROL-

C O R O L L A R I A.

Princeps Christianus circa nullum delictorum Levitici XVIII. prohibitorum dispensare potest. Dissentit Dn. Calixtus de hæresi & schismate p. 138. & in addendis circa finem subjectis.

2. Collegia Pietatis haec tenus in nonnullis Germanicis locis frequentata, si intra terminos huculque receptos maneant, nec Ecclesiæ, nec Magistratui jure suspecta esse poterunt. Dissentit Id. ibid. p. 204.

3. Hypocritæ ex præscripto Salvatoris ex fructibus, non doctrinæ, sed operum, cognosci possunt & detinent.

Christian Thomasens,

JCti und Chur-Brandenburgischen Raths,

Erfährung und Vertheidigung

S e i n e r L e h r e,

Über die Frage,

Ob denen Lutheranern von ihren Lehrern mit
gutem Gewissen könne untersaget werden, mit den
Reformirten keine Gemeinschaft zu halten, noch ihre
Predigten zu besuchen.

Geneigter und ungeneigter Leser!

Sich habe am verwichenen 23. Augusti in einer öffentlich allhier zu Halle gehaltenen Disputation die Glückseligkeit der Chur-Brandenburgischen Unterthanen wegen des durch die Churfürstl. Edicta verbesserten Lehr- und Lehr-Standes vorgestellet. Ich habe auch besagte Disputation in die fünf ganzen Tage zuvor öffentlich ausscheiden lassen, damit, wenn jemand darwider was vorzubringen hätte, derselbige sich nicht beschweren könnte, daß er disfalls übereilet worden. So ist auch Stadt kündig, das ich mich nicht gescheuet, denen, die dieserwegen

mit mir zu conferiren sich an den determinirten Opponenten. Ort
gemeldet, und biß sie die Reihe getroffen, erwartet, über die mir
vorgelegten Zweifel deutliche und bescheidenliche, auch, so viel mir
wissend, gründliche Antwort ertheilet. Gleichwie nun hiernechst
meine ganze Disputation, die vor den öffentlichen Augen der Welt
lieget, zeigen wird, daß ich hierbei nichts anders intendiret, als
den Nutzen des ganzen Landes zu demonstriren, den dasselbe theils
dadurch erhalten, daß durch die ernstlichen Edicta Churfürst Fri-
drich Wilhelms, höchstglorwürdigsten Andenkens, das
Schmähnen und Lästern der Clerisy auf denen Canzeln vermittelst
Göttlicher Gnade gehemmet worden; theils ihme dadurch erwach-
sen, daß durch das scharfe poenal mandat unsers ißigen Durch-
lauchtigsten und Großmächtigsten Landes-Vaters, dem
ärgerlichen und unvernünftigen Duelliren gefeuert worden: also
hätte ich mich nicht verschen, daß jemand dieses mein unterthänig-
sies und untadelhaftes Vorhaben touchiren sollen, vielweniger,
daß man mich durch Schmähnen und Lästern auf denen Canzeln
zu refutiren solte vornimmen, sondern ich hätte dafür gehalten,
daß, wenn sich jemand öffentlich mir seine Meinung unter Augen
zu sagen scheuen würde, derselbige zum wenigsten, ich wil nicht sa-
gen so Christlich, sondern so vernünftig und bescheiden hätte seyn
sollen, mich bey dem gemeinen Volck auf keinerley Wege zu ver-
unglimpfen. Ich habe aber dem ungeachtet erfahren müssen, daß
man zum Theil mich mit offenbahren Schmähungen, die in dem
Churfürstl. Edict ausdrücklich verbothen sind, als einen Syncreti-
stischen Schwärmer und Geschmeiß angegiffert, theils aber durch
zwar heimlichere, aber auch desto gefährlichere Manier dasselbe zu
widerlegen sich unterfangen. Was jenes betrifft, erinnert mich so
wohl die Person und das Leben und Wandel des Lästerers, als
auch mein eigenes Christenthum, ihm nicht gleiches mit gleichen zu
vergelten, oder ihm nach der Weise, dessen sein Herz voll ist, zu
antworten, sondern rechte solches unter die unversehenen Falle,
über welche kein vernünftiger Mann exfert. Was aber dieses an-
langet, reizet mich die Liebe zur Wahrheit so wohl auch meine Pflicht,
allen weit ausschenden inconvenientien, die daraus entstehen
möchten, vorzubeugen, dieserwegen nicht so wohl eine ausführliche

Dediu-

Deduction als kurze Erklärung und Vertheidigung meiner Meinung zu ediren.

§. 2 Die Sache aber beruhet darauf. Ich habe in besagter Disputation im 9. §. unter andern auch die Frage berühret; Ob man denen Lutheranern mit guten Gewissen verbieten könne, daß sie mit denen Reformirten nicht fleißig conversiren, und daß sie ihre Predigten nicht besuchen solten, weil zu befahren sey, daß sie durch ein heimliches Gifft möchten inficiert werden? Worauf ich zur Antwort gegeben, daß, wenn jemand dergleichen Dinge in den Brandenb. Lande mit Ernst vorbringen wolte, würde er sehr schwerlich wider die Churfürstl. Edicta anstoßen, als welche äußerst verböthen, daß man die Reformirten nicht lästern solte, daß sie anders redeten, als sie es meinten; massen dann die angeführte Ursache von dem heimlichen Gifft keine andere Auslegung als diese Beschuldigung haben könnte; Allein ich habe dieses beyseit gesetzet, und hauptsächlich urgiret, daß diese Schmähung unserer Lutherischen Religion selbst großen Schimpff anthue, weil wir uns versichern, daß unsere Religion wieder alles geistliche Gifft uns allbereit heilsamlich versehe. Die Aerzte, wenn sie dem Volck die Krafft und Tugend ihrer Medicamenten recommendiren wollen, verschlucken ohne Schaden den stärksten Gifft, und wir, die wir bekennen, daß wir die seligmachende Religion haben, solten uns befürchten, daß unsere Religion von dem Gifft einiger falschen Lehre solte Schaden leiden? Wenn die Conversation mit den Reformirten und ihre Predigten vergiffet wären, was wäre denn wohl Ursache, daß sie nicht ja so wohl unsere Conversation und Predigten als denselben Gifft zwieder meiden, weil doch eine gleiche Artripathie zwischen dem Gifft und der Arzenei zu seyn pflegt. Derowegen, habe ich hinzuge setzt, wollen wir solche eitele Einbildung fahren lassen, und bestehet unsere Glückseligkeit auch darinnen, daß wir vermöge des Churf. Edicts auch unter denen Reformirten in Bürgerlicher Conversation fromme und gottselige Männer, die sich um den Schaden Josephs äußerst bekümmert, öfters angetroffen, und das wir dann und wann in ihren Predigten die Negungen des Heil. Geistes ja so wohl, als in denen Predigten frommer Lutheraner empfunden. Aber wir wollen auch dieses erwegen. Wenn die Kirchendiener von beyder-

beyderseits Religionen die Churf. Befehle in acht nehmen, und ein Christlich Leben aus Gottes Wort einschärfen, so darf kein Lütheraner die Predigten der Reformirten scheuen, weil wir in diesem Stück nicht untereinander uneinig seyn. Wenn aber beyderseits die Lehren, über welchen wir uneinig sind, bescheiden und ohne Qualifierung vortragen, so werden sich entweder nur diejenigen von denen Lütheranern zu befahren haben, die in ihrer Thesi entweder durch ihrer Lehrer oder ihre eigene Schuld nicht gnugsam informiret sind (wiewol auch solche Leute, als die gemeinlich den Köhler-Glauben haben, gar selten Reketereyen zu machen pflegen) oder, wenn wir nicht ganz offenbar unsere Religion niederschlagen und geringsschäzig achten wollen, müssen wir ja so wohl uns vermuthen, daß die Reformirten zu uns übergehen möchten, als daß wir nur den Umtritt der Unserigen zu ihnen solten befahren. Endlich, wenn eine von beyden Theilen mit Schmach und Lästerungen die andere belegen sollte, würde man sich vielmehr befahren müssen, daß wegen dergleichen Verboths die Umtritte von einer Religion zur andern sich nur immer mehr häufen würden, weil wir nach dem gemeinen Sprichwort allezeit nach verbotenen Dingen streben. Und wenn dannenhero ein Lütheraner, dem von denen Seinigen so ernsthafft untersaget wird, sich vor den Reformirten zu hüten, entweder aus euriostüt oder auch jufälliger Weise in die Conversation und Predigten der Reformirten käme, und daselbst ganz handgreiflich und augenscheinlich obbesagte Schmähungen erkennete, so würde es leicht geschehen können, daß er die Lügen eines Lütheraners, ob gleich unrechtmäßiger Weise der Lütherischen Religion zurechnete, und also unsere Gemeine verliesse und zu der andern überginge. Zumahl, da es die tägliche Erfahrung erweist, daß diejenigen, die die Religion ändern, mehrentheils unter die Ursachen der Veränderung mehr die Gottlosigkeit der Clerikey (wohin auch Lästerung und Lügen gehören,) als der Lehren selbst, anzugeben pflegen.

S. 3. Dieses sind meine Sätze, die ich in besagter Disputation zu vertheidigen bereitet gewesen. Aus welchen ein Unpartheyischer ganz offenbar siehet, daß nicht die Frage sey: Ob die Lütheraner reformirte Predigten besuchen sollen und müssen?

sen? oder ob dieses zu thun ohne Unterscheid einem jeden Luthe-
raner zu ratzen sey? sondern: ob man solches zu thun ohne
Unterscheid einem jeden Lutheraner verbiechen könne? Und wie
ich dannenhero niemaln gesagt habe, daß Lutheraner, die in ih-
rem Bekanntniß noch nicht gegründet, einige andere Lehrer hören
soltent, weil dieses offenbahrlich wider die gemeinen fundamenta
in allen Religionen, Lehren und Wissenschaften ließe. Also
hätte mein Herr Gegner wohl die Mühe erprobren können, wi-
der mich zu predigen, weil er, wie ich vernehme, selbsten bald
Anfangs unter den ungegründeten und wohlgegründeten Luthe-
ranern distinguiret, wiewohl mit dieser seiner gemachten distinc-
tion sein General-Schlüß nicht wohl zusammen hängt, in wel-
chem er seine Zuhörer ohne Unterscheid obtestiret, andere Lehrer
nicht zu besuchen. Denn ich wil ja nicht hoffen, daß er die
Lutherische Gemeine allhier durchgehends in ihrem Glauben un-
gegründet zu seyn halten wolle, zumahln auch dieses weder zu un-
serer, noch zu unserer Lehrer Lobe viel dienen möchte.

S. 4. Was die Sache selbst betrifft, so habe ich zu accep-
tiren, daß mein Herr Gegner, so viel ich vernommen, nichts
vorzubringen gewußt, dadurch er meine angeführte Ursachen sich
zu widerlegen getrauet, außer, daß er wieder das von mir an-
geführt Gleichniß des Arzts erinnert, daß es unformlich seyn
würde, wenn einer Gifft nehmen wolte, der sich mit keiner Ar-
zheney versehen hätte, welches doch besage des vorigen paragra-
phi mit ganz nicht zu wider ist. Ingleichen, daß ein solcher
Arzt, der die Kraft seiner Arzheneyen zu beweisen Gifft ver-
schlucket, Gott versuche. Aber hierauf antworte ich: 1. Ste-
het dieses noch dahin, wenn nur der Arzt versichert ist, daß
der Metridat gut isi, weil es ja so natürlich ist, daß tüchtiger
Metridat dem Gifft Widerstand thut, als es natürlich ist, daß
das Wasser das Feuer auslöschet. 2. Wird mein Herr Geg-
ner oder soll es doch zum wenigsten wissen, was für ein über-
aus grosser Unterscheid sey, zwischen einem argument, das man
in Erweisung seines Sakes braucht, und zwischen einem an-
dern, da man ad hominem wider seinen Gegner disputiret.

E

Feder.

Gederman siehet, daß zu dieser letzten Classe gehöre, was ich diesfalls in meiner Disputation von dem Gifft verschlucken gesetz. Bey dieser Bewandniß aber ist es dem Herrn Gegner nicht zugelassen, mein Argument über die Gränen, die ich ihm gesetz, zu extindiren. Nun frage ich aber daselbst nicht, ob ein Gifft-Schlucker recht thue, sondern nur, ob er es ohne Schaden thue?

S. 5. Dannenhero will ich auch nur noch mit kurzen auf das Argument meines Herrn Adversarii, das er mir vielleicht in der öffentlichen Disputation zugesetzt, antworten. Selbiges soll folgendes gewesen seyn:

Was mit denen Gebrothen Christi und seiner Apostel, ingleichen mit der Praxi der ersten Kirche übereinstimmet, daß ist einem treuen Lehrer und Prediger noch heute zugelassen.

Der Major mag jezo hinslauffen, wiewohl in dem andern membro bey der praxi primæ ecclesie noch viel zu erinnern wäre.

Nun aber hat Christus und seine Apostel gebrothen, daß man falsche Propheten und Reizer, diejenigen, die verdüstert sind, meiden, sie nicht grüssen, und nicht mit ihnen essen solte. Es ist Johannes, als er den Cerinthum in der Badstube angetroffen, aus derselben gewichen. Ein anderer hat einen Reizer, der ihn fragte, ob er ihn nicht kennete, herzhafft zur Antwort gegeben, ich kenne dich wohl, denn du bist der erstgebohrne Sohn des Teuffels. Und Eusebius hat diese That sehr gelobet sc.

Mit dem Minore will ich auch meine Zeit nicht verderben, wie wohl bey diesem facto aus dem Eusebio auch noch nicht alles so klar ist, als der Herr Gegner meinet. Aber wie wird nun wohl die Conclusion werden? Ordentlich Weise kan sie nicht anders werden als folgende:

Ergo können treue Lehrer und Prediger auch gebiethen, daß man falsche Propheten und Reizer, diejenigen,

die

die verdüstert sind, meiden sie nicht grüssen, und nicht mit ihnen essen soll, daß man nicht mit ihnen baden soll, daß man sie vor Kinder des Teuffels halten soll, u. s. w.

Aber was geht diese conclusion die proponirte Frage an? welche dahin geht, ob treue Lehrer und Prediger ihre Zuhörer vor der conversation oder Predigten der Reformirten warnen sollen. Sprichst du: mein lieber Freund, eben dieses meine ich, und meine conclusion heist also:

Ergo können treue Lehrer und Prediger ihre Zuhörer warnen, daß sie mit denen Reformirten nicht essen, sie nicht grüssen, und sie meiden sollen. sc.

So antworte ich: Mein werther Gönner, auf diesen Schlag kriegt der Syllogismus quatuor reminos, und stößet wider die Schul-principia an. Ober es bleibt dir nichts übrig dich zu retten, als daß du sprichst: Die Reformirten gehören unter die Classe, von welchen proposition minor und die beyden Exempla aus der Kirchen-Historia reden. Alleine es ist mir bangt für dich; Denn auf diese Weise fässtest du allzu unvorsichtig in die Grube, die vielleicht für einen andern gegraben war. Mein Vorhaben ist nicht dein peinlicher Ankläger zu seyn. Ja wenn du mit dieser consequenz auch nur exercitii gratia n loco disputationis publico gekommen warest, würde ich dir keine andere Antwort gegeben haben, als diejenige, die ich allbereit weitläufig in meiner Erörterung über die Frage von der Ehe Fürstlich Lutherischer und Reformirter Personen Cap. 1. §. 7. seq. und §. 12. ausgeführt; daselbst wirst du deine zwar gemeine, aber augenscheinliche Sophisterey weitläufig beantwortet finden.

§. 6. Ich hoffe nicht, daß mein Herr Gegner sich im geringsten über mich werde zu beschweren haben, daß ich ihn unglücklich oder unbescheiden tractiret. Gleichwohl er sich die Freyheit genommen meine thesin, die lateinisch gesetzt worden, in teutscher Sprache und zwar gegen das gesamte Volk, seiner Meinung nach zu refutiren; so wird er mir auch verhoffentlich die Freyheit gönnen, daß ich meine Beantwortung in teutscher Sprache ebenmäßig öffentlich

öffentliche vorgestellet. Hierbey eemahne ich ihn, und alle, die etwan künftig dergleichen zu thun Vorhabens wären, daß sie meinetwegen oder wider mich das Volk nicht rege machen wölfen. Und damit sie erkennen, daß ich aufrichtig und redlich es mit ihnen und mit der ihnen anvertrauten Heerde meine, so thue ich hiermit folgende Erklärung: Daz ich bereit sey, wenn sie es begehrn, und von Sr. Churfürstl. Durchl. erhalten, wegen aller und jeder in meiner Disputation enthaltenen Lehren noch 8. Tage öffentlich Lateinisch oder Deutsch (daz es die gesamte Bürgerschaft sein verstehe könne) in Nahmen Gottes mit ihnen zu conferiren, und auf ihre objectiones zu respondiren. Auf denen Tandeln, da niemand widersprechen darf, ist es keine Kunst, sich unnütz zu machen. Aber auf diese Weise wird es sich zeigen, auf wen eigentlich unter uns zu appliciren sey, was Sirach im 5. Cap. sagt: Verstehest du die Sache, so unterrichte deinen Nachsten, wo nicht, so halt dein Maul zu.

Gegeben in Halle, den 20. Aug. 1690.



THE-

THESES
DE
CONSTANTIA ET INCONSTANTIA.

SUMMARIA.

Constantiae & Inconstantiae homonymia. th. I. II. Sapientia & virtus non sunt a se invicem separande. th. III. Constantia individuus Comes sapientie. th. IV. Inconstantia stultitiae th. V. non adeo ipsa sapientia aut stultitia, nec etiam virtus aut vitium peculiare. th. VI. Illustrata per digressionem definitio Justitiae Ulpiane. th. VII. Notæ Constantiae & Inconstantiae. Idem velle & nolle. th. VIII. Comparatio Constantiae & Inconstantiae cum motu linea recte & curva &c. th. IX. Constantiae & Inconstantiae definitio. th. X. Inconstantie exempla. Conſ. summa exempla non dantur. th. XI. Tres classes sapientiae non consumm. Prime descriptio. th. XII. Constantiae hujus classes ejusque differentia a Constantia sapientiae consummatæ. th. XIII. Exempla: Socrates, Epicurus, Seneca, Papinianus. th. XIV. Secunda clas- ſis. th. XV. Exemplum in Salomone. th. XVI. Classis tertia, th. XVII. Constantia eandem concomitans, quomodo ab inconstantia differat. th. XVIII. Constantia hæc infima quidem, non tamen non contemnda in plerisque exemplis eorum, qui constantes appellantur, querenda. th. XIX. Differentia exacta constantie hujus infimæ ab inconstantia. Utraque mutabilis est, sed illa in melius, hec in pejus. th. XX. Pertinacia ad inconstantiam pertinet. th. XXI. Huic opposita penitentia seu conversio ad constantiam. th. XXII. Exemplum pertinacia in Pisonie. th. XXIII. Ad penitentiam lacrymae nihil faciunt. th. XXIV. Transitus ad diluenda argumenta de prestantio inconstantie. th. XXV. Cogitatio. th. XXVI. Sciendi cupiditas. th. XXVII. Libertas voluntatis pro adstruenda inconstantia nihil faciunt. th. XXVIII. XXIX. Sola sapientis constantia libertas est. th. XXX. Amor rationalis nil nisi constantiam spirat. th. XXXI. quam non percipiunt homines amore illo deſtituti. th. XXXII.

XXXII. Senecæ loca de vera amicitia th. XXXIII. Fæminæ & que constantiæ capaces ac viri. th. XXXIV. XXXV. Loca Senecæ contra fæminas. th. XXXVI. XXXVII. Ad quæ ex ipso Seneca respondetur, th. XXXVIII. Fæminæ non ita Pedantismo laborant, nec Sceptice Philosophie sunt deditæ. th. XXXIX. Scepticus pro constante haberi nequit. th. XL. Amor fæminarum rationalis qualis sit? An Stoicorum sapiens fæminas amet? th. XLI. An in amore quis ciitra præjudicium constantiae mutare possit? th. XLII. Mutatio religionis quatenus inconstantes faciat. th. XLIII.

Thes. I.

Constantia & Inconstantia vel dicuntur de omnibus creaturis & rebus præter hominem in sensu Politico vel Rhetorico, v.g. quando sermo est de motibus cælestibus, de varietate temporum anni &c. vel prædicatur de homine.

Th. II. Et tum vel sumitur pro patientia & impatientia in perferendis adversitatibus, quo pertinent libri Senecæ & Lipsii de constantia sapientis: vel pro attributo sapientiæ seu virtutis, & stultitiæ seu vitii, qui significatus est hujus loci.

Th. III. Dixi; Sapientiæ seu virtutis, & stultitiæ seu vitii, quamvis sciam hoc non placere sapientibus quibusdam nostris, qui doctum & bonum virum separant, & inepta anxietate verentur, ne tempora incident, quæ nobis suppeditura sint viros satis quidem pios sed non satis doctos. Mihi placer illud Philosophi nescio cuius apud Senecam Ep. 95. p. m. 565. Antiqua sapientia nihil aliud quam facienda & vitanda præcepit, & tunc longe meliores erant viri, postquam docti prodierunt, boni desunt. Simplex enim illa & aperta virtus in obscuram & solerter scientiam versa est, docebaturque disputare non vivere. Non reffagabor tamen, si inter sapientiam & virtutem illam velis querere differentiam, quod sapientia tradat præcepta de felicitate humana, virtus illa exequatur. Sufficiat mihi, non nisi sapientem virtuosum esse, & non nisi virtuosum sapientem.

Th. IV.

Th. IV. Igitur Constantia est individuus Comes sapientia, ejusque attributum seu criterium, per quod cognoscitur. Facit ad rem, quod Seneca dicit: Epistola 20. *Quid est sapientia?* Semper idem velle atque idem nolle. Et alibi: Epistola 35. Profice & ante omnia hoccura, ut CONSTES ibi. Quoties experiri voles, an aliquid actum sit, observa, an eadem velis hodie que beri. Mutatio voluntatis indicat, animum naturae aliubi atque aliubi apparere, prout tulit ventus. Non vagatur quod est fixum & fundatum. Et iterum Epistola 120. Ex quo virtutem intelleximus? Ostendit illam nobis ordo ejus & decor & constantia, & omnium inter se actionum concordia, & magnitudo super omnia efferens se.

Th. V. Inconstantia vero est attributum stultitiae. Idem Seneca Epistola 20. *Stultis nunquam velle aut nolle decretum est,* variatur quotidie iudicium & in contrarium vertitur. Et rursus Epist. 120. *Quidam alternis Vatinii, alternis Catones sunt, & modo parum illis severus est Curius, parum pauper Fabricius, parum frugi & contentus vili Tubero, modo Sicinum divitiis, Apicium canis, Mecenatem deliciis provocant.* Maximum indicium malorum mentis fluctuatio, & inter simulationem virtutum amorisque vitiorum assidua jactatio. Nemo non quotidie & consilium mutat & votum: modo uxorem vult habere, modo amicam, modo regnare vult, modo id agit, ne quis sit officiosior servus. Modo dilatat se usque ad invidiam, modo subsedit & contrahitur infra humilitatem vere jacentium. Nunc pecuniam spargit, nunc rapit. Sic maxime coarguitur animus imprudens. Alius prodit atque alius, & (quo turpius nihil judico) impar sibi est. Magnam rem puto, unum hominem agere. Præter sapientem autem nemo unum agit, ceteri multiformes sumus.

Th. VI. Ergo Constantia non est ipsa virtus aut sapientia, sed qualitas sapientia & virtuti adhærens, per quam sapientia & virtus cognoscuntur. Idem & de Inconstantia intuitu stultitiae & vitii dicendum. Eo in locis adductis tendit etiam Seneca noster, nisi quod in illorum primo Sapientiam per Constantiam videatur describere. Sed notum est, quod Philosophus hic non semper secundum subtilitates Metaphysicas examinandus sit, cum sapientia stylo Rhetorico magis quam Philosophico utatur. Adhæret vero Constantia & Inconstantia virtuti & vito

& vitio in genere, adeoque errares, si Constantiam ut virtutem aliquam singularem, quæ Inconstantiam pro vitio opposito agnosceret, velles considerare.

Th. VII. Poterit ex dictis, ut arbitror, aliquo modo illustrari definitio Ulpiane Justitiae, quod sit *confans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi*. Ut enim ista definitio Stoicorum porticum sapit, ita & omnium optime poterit ex Philosophia Stoica exponi. Hæc vero cum ab antiquis Glossatoribus jure suo fuerit ignorata, ab hodiernis vero Jure-Consultis, nubem Philosophiæ Aristotelicae pro Junone amplectentibus, sine Jure contenta, ita non miratur diligens fortiorum præceptorum scrutator ineptas Glossæ expositiones, & ex regulis Logicae Peripateticæ anxie conquisitas hodiernorum objections & miserrimas earundem solutiones. Stoici fuerunt JCti, ex quibus Pandectæ sunt collectæ. Horum tradita ex libris Aristotelis velle explicare magis absbonum est, quam si quis libros Theologorum Protestantium ex scriptis Pontificiorum expondere vellet. *Confer omnino Edmund. Merill. lib. 1. observ. Juris cap. 8. usque ad 28. Gasp. Sclop. Elem. Philos. Stoic. Moral. c. 147. p. m. 132* Voluntatis vocem ab inceptiis vulgaribus eleganter vindicavit Illustris Huber disgressus. *Justin. lib. 1. cap. 7.* Utinam & in reliquis non tanta cura ex lacunis Aristotelicorum definitionem hanc justitiae illustrare instituisse. Nam quæ *integro cap. 8. & 9. de absurdissima quæstione: Utrum definiatur justitia universalis an particularis?* fusius & subtiliter differit, sponte sua cadunt, cum Stoici quatuor virtutes, quæ Cardinales dicuntur, solum agnoverint, relinquentes Aristotelicæ Philosophiæ catalogum undecim virtutum & exinde propullulantem justitiae divisionem in universalem & particularem. Similiter quæ dicto *capite 7. §. 2. & 3. de differentia inter voluntatem constantem & perpetuam ex Aristotele & Plutarcho* differit, satis quidem acuta sunt, sed vereor, ut sint ad mentem Ulpiani. Mihi videtur, qui in definitione virtutum Aristotelica *mediocritatis* usus est, ut generis locum obtineat, & in singularum virtutum definitionibus repetatur, eundem fuisse Stoicorum stylo usum in definientis virtutibus, *voluntatis constantis & perpetuae*, non ita tamen ut *perpetuum* aliud quid a *constante* dicat, sed potius ut Constantiam illam exponat & clarius exprimat. Sane Cicero, cum de virtute in genere differit, modo eam nihil aliud esse ait,

at, quam in se perfectam & ad summum perduciam naturam, *Lib. 7.*
de LL. c. 8: modo duobus verbis, *perfectam rationem*, *Ibid. cap.*
16. modo constantem & perpetuam rationem vita, eique uno verbo
inconstantiam virtutis opponit, *Ibid. cap. 17.* Alibi vero idem Ci-
cero (apu.) Gassend. comment. in lib. X. Laertii Tom. II. f. m. 163.)
Perseverantiam definit, quod sit in ratione bene considerata *stabilis*
& perpetua permansio.

Th. VIII. Non vero sufficit ad cognitionem Constantiae & In-
constantiae, si sciamus eas esse criteria virutis & virtutis, si non cognos-
cerimus antea, quænam sint notæ illorum criteriorum. Quisque enim
est, qui sibi non persuadeat, se constantem esse? Neque enim idem vel-
le & idem nolle character Constantiae satis perspicuus est. IDEM va-
riis modis dicitur. Prout hoc IDEM intelligas modo idem velle &
idem nolle causa amicitie, modo causa omnis dissidii erit. Et quo-
modo voluntas idem velle potest, quæ & libertatem habet idem vo-
lendi & nolendi, & hoc vel illud volendi, & quæ ad ultimum vita ter-
minum mutabilis est? Tentabimus, ut rem obscuram illustremus non
abstractionibus Metaphysicis, re ipsa obscurioribus, sed similibus Phy-
sicis, incurribus in sensum. Præprimis cum nihil de anima intelle-
ctus hominis possit concipere, quam per similitudinem rerum corpo-
rearum.

Th. IX. Illud ergo nimis crude dictum esset, si quis dicere
sustineret: omnem motum esse symbolum Inconstantiae, cum omnis
actio animæ nostræ concipiatur per motum aliquem & ita etiam Con-
stantia motus vel motu similis sit. Propius ad rem accederet, si quis
Constantiam cum quiete, (h. e. non cessatione omnis motus, sed mo-
tu tardiore,) Inconstantiam cum motu stricte dicto compararet, quia
videlicet Constantia est character virtutis & eam in sequentis animæ
quietis seu tranquillitatis. Sed quoniam ille motus, qui in quiete
omni est, ipse non ab omnibus perspicue concipi potest, non evitare-
mus obscuritatem, si per hanc rem obscuram Constantiae doctrinam il-
lustrare intendemus. Igitur forte sic commodissime dicemus: Con-
stantiam esse similem motui puncti continuo in linea recta ad aliud
punctum: Inconstantiam contra convenire cum motu puncti vago, mo-
do dextorum modo sinistrorum, modo per lineam rectam, modo per
curvitates, quærentis quasi perpetuo punctum, in quoquiescat & nun-
quam

quam invenientis. Quæ de Inconstantia diximus, aliquatenus lucem accipiunt ex locis Senecæ *supra tb. 4. & 5.* De Constantia idem eleganter *Epist. 20.* postquam sapientiam definivisset, quod sit semper idem velle & idem nolle, statim subjungit: *Licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum sit quod velis. Non potest cuiquam semper idem placere, nisi rectum.*

Th. X. Erit ergo Constantia semper velle rectum, & nolle quod pravum est. Et Inconstantia adeo erit fluctuare continuo inter rectum & pravum. Cum autem rectum nihil sit aliud, ut alibi offendimus, quam vita pacifica & benevolæ cum aliis hominibus, seu uno verbo amor rationalis, sua sponte sequitur: *Constantiam esse perpetuam voluntatem amandi genus humanum, Inconstantiam vero fluctuationem continuam inter amorem & odium, aut etiam in ipso odio, ut in quo nulla tranquillitas seu quietes existit.*

Th. XI. Res clarior siet exemplis. Inconstantia exempla ne desidera. Inconstantia stultitiae character est, at stultorum plena sunt omnia. *Nesciunt homines, ait noster d. Epist. 20. quid velint, nisi illo momento, quo volunt. In totum nulli velle aut nolle decreatum est. Variatur quotidie judicium & in contrarium vertitur, ac PLERISQUE agitur vita per lusum.* Exemplum igitur sapientis & constantis cupis? Subsistit paulisper. Habet enim Constantia suos gradus. Id quod summum in Constantia est, magis intellecta percipitur, quam sensibus ostendi potest, uti linea recta. Quas enim visui exhibemus lineas, omnes curvitatis aliquibus deformatae sunt, et si visus has curvitates absque microscopiis non possit percipere. Sic culter maxime acutus, si vitrum adhibeas, in extremitate acuminis ferræ fabrili non videbitur absimilis. Ut vero deficiente exemplari vero lineæ rectæ, ista linea, in qua curvitas nulla oculi sibi relicto appetet, pro recta aestimatur; sic & pro sapiente habendus est, in quo sensibilis Inconstantia non appareat. Orta hinc fuit Stoicis divisio sapientis in sapientem primæ classis & secundæ. *Scis, ait noster Epistola 42. quem nunc virum bonum dicam? hujus secundæ notæ. Nam ille alter (primæ classis) fortasse tanquam Phoenix semel anno quingentesimo nascitur. Prima notæ sapiens Consummatus, Doctus, Adeptus; secundæ classis, Procedens seu*

Pro-

Proficiens, Studiosus & Affectator sapientiae dicebatur. *Vide Lips.
Manuduct. ad Philosoph. Stoic. Lib. 2.*

Th. XII. Hujus igitur studiosi sapientiae, hujus Constantiae exempla demus. Sed iterum gradum sistere jubet Seneca, quia inter ipsos quoque proficientes sunt magna discrimina. Tres eorum classes ipse exhibet. *Primi sunt, ait Epistola 75. qui sapientiam nondum habent, sed jam in vicinia eius constituerunt, tamen etiam quod prope est, extra est. Qui sunt hi queris? Qui, omnes jam affectus (toleramus, si more Stoicorum per affectus motiones animi, rectam rationem supprimaentes intelligas) ac vivit posuerunt: que erant complectenda didicerunt, sed illis adhuc inexperta fiducia est, bonum suum nondum in usu habent. Jam tamen in illa que fugerunt, recidere non possunt. Jam ibi sunt, ubi non est retro lapsus. Sed hoc illis de se nondum liquet, & quod in quadam epistola scripsisse me memini, scire se nesciunt. Jam contingit illis bono suo frui nondum confidere.* De hac classe intellige Senecam, dum ibi Epist. 72. differit: *Adhuc est genus tertium eorum qui sapientiae alludent, quam non quidem attigerunt, in conspectu tamen &, ut ita dicam, sub iactu habent. Hi non conciuntur, ne desunt quidem, nondum in secco, jam in portu sunt. Et Epistola 71. Alius in tantum proficit, ut possit cum fortuna conferre vultum.*

Th. XIII. Ostendunt autem istae descriptiones omnino hunc sapientem inter Constantes esse referendum. Ceterum ramen est aliqua Constantiae hujus a Constantia sapientis consu mati differentia, quam Seneca videtur innuere Epistola 35. Non vagatur, quod est fixum & fundatum. *Istud sapienti perfecte contingit, aliquatenus & proficiendi profectioque. Quid ergo interest? Hic commovetur quidem, non tamen transi, sed suo loco nutat. Ille nec commovetur quidem.* Vis aliam comparationem? Sapiens moverur per lineam rectam in spatio angustissimo. Proficiens hic moverur quidem per lineam rectam, sed in spatio laxiori, quod tamen utroque latere munitum est, ut evagari non possit.

Th. XIV. Jam exempla sapientum hujus primæ classis conquiri remus. Socratem intuere, Epicetum, Senecam Papinianum. Ad ultimum vita terminum constantissimi in sapientia fuerant, vitaque sua

sua & doctrina ð quot & quantos viros, qui se Christianos esse falso glorianter, antecelluerunt. De Epicteto & Papiniano nullus fere scrupulus residet. Socratem Platonis & Xenophontis scripta tanquam in speculo exhibent. At Atheismi accusatus publice imo & condemnatus fuit. Ita est, sed accidit hoc fere omnibus sanioribus Philosophis, ut a Sophistis & Sacerdotibus Hypocritis, quorum intererat circulos ineptiarum & idolatriæ crassissimæ per Philosophiam istam non turbari, pro Atheis fuerunt publice traducti. Deiode nec hoc novum, quod falsas criminationes injuste sequantur sententiaz. Innocentiam Socratis satis ostenderunt scriptores modo citati. Similiter ratione ab obrectatoribus calumnias perpeccus est Seneca, quibus ex parte videtur ipse respondere in libro de vita beata. Adversus Dionis gravissimas quidem avaricia, adulterii, Sodomiae, homicidii, coniunctionis, sed & falsissimas inculpationes post Lipsium erudite eum defendit Franciscus Mothæus Vayerius de virtute Paganorum Tom. 5. op. p. m. 251. adde Sciopp. Element. Philos. Stoic. Moral. p. m. 164.

Th. XV. Secundum genus (sapientum proficientium) est eorum (ita pergit Seneca d. Epist. 75.) qui & maxima animi mala & affectus deposuerunt, sed ita, ut non sit illis securitatis sue certa possessio, passunt enim in eadem relabi. Ad hos refero, quæ dicit Epistola 71. Et in ipsis sapientiam sectantibus magna discrimina fateamur neceſſe est. Alius jam in tantum proficit, ut contra fortunam audeat atollere oculos, sed non pertinaciter. Cedunt enim nimio splendore prestricti. Imperfecta neceſſe est latent, & modo prodant, modo sublabentur aut succidant. Horum Constantia mutabilis est similisque motui per lineam rectam in spatio angustiore non bene ad latera munito, ita ut corpus motum possit evagari. Sunt tamen adhuc magis inter constantes & sapientes referendi: quia rara sunt horum exempla, qui ad istum gradum sapientia pervenerunt, & in vitia relapsi sunt.

Th. XVI. Et quidem ex historia profana exemplum jam non succurrit. In sacris vero Salomon ad hanc classem videtur commode referri posse. Res ipsa & lapsus ejus in summam stultitiam id fatis loquitur, Et quamvis dicatur sapientissimus inter omnes homines, tamen id vel non de sapientia in genere, sed in specie de sapientia

entia, quam petuit, prudentia nempe judiciaria, vel de sapientia, quatenus in speculationibus consistit, & virtuti contradistinguitur, est intelligendum. Difficilior quæstio est, quomodo fieri potuerit, ut sapientia naturalis Senecæ & Socratis majori Constantia fuerit prædicta, quam sapientia, quam Deus ipse per modum præternaturalem Salomonis concessit? Quam quidem, cum hujus loci non sit, definire nouimus, ac temere aliquid pronunciare, optantes potius eruditorum ea de re sententiam audire. Quod si tamen quis conjecturas nostras scire cupiat, non deerimus in ipsa ventilatione mentem nostram aperire.

Th. XVII. Restat classis tertia. De iis ita Seneca d. Epist. 75. Tertium illud genus extra multa & magna vitia est, sed non extra omnia: effugit avaritiam, sed iram adhuc senit. Jam non sollicitatur libidine, sed habet etiamnum ambitionem. Jam non concupiscit, sed adhuc timet, & ipso metu ad quædam satis firmus est, quibusdam cedit; mortem contemnit, dolorem reformat. De hujus classis Constantia puto eum loqui Epistola 72. Habet aliquis bonam voluntatem, habet profectum, sed cui multum desit a summo? Hic deprimitur alterius, & extollitur, ac modo in cælum elevatur, modo defertur ad terram. Imperitis acrudibus nullus precipitationis finis est: in Epicureum illud chaos decidunt inane sine termino.

Th. XVIII. Misera hæc aliquatenus & infimi generis Constantia est, ab Inconstantia non multum differens, differens tamen. De hac classe concedo, quæ Seneca de omnibus Proficienribus asserit d. Epist. 75. Qui proficit, in numero quidem stultorum est, magno tamen intervallo ab illis diducitur. In numero stultorum est, quatenus nondum inter sapientes referri meretur, sed in transitu faletem. Fiat via, ait Epist. 37. & hanc tibi viam dabit Philosophia. Ad hanc te confer, si vis salvus esse, si securus, si beatus: denique si vis esse, quod est maximum, liber. Hoc contingere aliter non potest. Hamilis res est stultitia, abjecta, sordida, servilis, multis affectibus & sevissimis subjecta. Hos tam graves dominos, interdum alternis imperantes, interdum pariter, dimittit a te sapientia, que sola libertas est. Una ad hanc fert via, & quidem recta, non aberrabis, vade certo gradu. Sed magno tamen intervallo a stultis diducitur, quatenus a via stultitiae jam ad viam illam

illam unicam sapientia tendit. Huc pertinet, quod noster dicit Epistola 71. in fine: *Magna pars est profectus, velle proficere.* Similis videtur haec Constantia motui per lineam rectam in spatio ampio, ubi d utrumque latus sunt multæ viæ evagandi.

TaXIX. Esi vero haec Constantia sit infima, & non adeo difficuler in stultitiam prona, tamè cum dixerimus, rariora esse priorum duarum classium exempla, sua sponte sequitu, pleraque Constantiae exempla hoc pertinere. Neque contemni adeo debet transitus iste, cum sine eo ab Inconstantia liberari non possimus, neque ad superiores gradus pervenire. Commendat eam noster d. Epist. 75. Bene nobiscum agetur, si in hunc admittimur numerum. *Magna felicitate naturæ, magnaque & assidua intentione studii secundus occupatur gradus, sed nec hic quidem condemnendus est color terius.* Cogita quantum circa te videoas malorum. Adspice quam nullum sit nefas sine exemplo, quantum quotidie nequitia proficiat, quantum publice privatimque peccetur, intelliges, satis nos consequi, si inter possimos non sumus. Ego vero, inquis, spero, me posse & amplioris ordinis fieri. Optaverim hoc nobis magis, quam promiserim. Praeoccupati sumus, ad virtutem contendimus inter vitia distracti. Pudet dicere: *Honesta colimus, quantum vacat.*

Th. XX. Id autem ex dictis facile intelligi potest, quod, quia quæ in exemplis deprehenditur Constantia, infimi gradus est, & facile in Inconstantiam mutabilis; haec consideratio Sophistis occasionem præbere possit, Constantiam & Inconstantiam invicem miscendi, & vitium sub larva virtutis occultandi, virtutem vero, ac si vitium esset, calumnianandi. Præprimis cum Constantia haec Inconstantia sit proxima & intuitu Constantiae primæ classis pro Inconstantia non imerito haberi possit. Quare opus erit, ut vel maxime hujus Constantiae cum Inconstantia convenientias & differentias exacte pensitemus. Sapientia, quæ summum gradum aut summo proximiorem obtinet, non est mutabilis, sed moverit quasi in centro. At sapientia illa tertii gradus hoc cum stultitia commune habet, quod mutetur utraque. Igitur & Inconstantia & Constantia sapientiam illam comitans mutationi sunt obnoxia, verum cum hac differentia. Inconstantia est mutatio in deterius, Constantia mutatio in melius. Inconstantia

stantia vagatur in cupiditatibus voluptatum, honoris, divitiarum, Constantia hæc motu inæquali & aliquatenus in latera paululum excurrente tandem ad amorem rationalem. Inconstantia hominem extra se rapit, & affectibus magis magisque obnoxim reddit, Constantia hominem introrsum vertit & affectuum suppressionem operatur. Posset adeo differentias istas non incommodare alio simili a motu desunto illustrare. Inconstantia est similis motui inordinato a centro ad peripheriam indefinitam, qui quo magis a centro abit, eo majus vagandi spatiū offertur corpori moto, & eo minus punctum, in quo quietat, quousque hic motus continuatur, deprehendit. Constantia autem vulgaris est similis motui non adeo bene ordinatio a peripheria definita ad centrum, qui quo magis a peripheria abit, eo minus vagandi spatiū deprehendit, & eo proprior est centro quietis.

Th. XXI. Ceterum uti meditatio precedens nos juvat, ne Constantiam ob mutationem cum Inconstantia confundamus, ita addenda est & alia, ne constantem & perpetuam voluntatem perseverandi in virtute vel affectu hominem extra se rapiente, Constantiam esse arbitremur. *Pertinacia* hec est, non Constantia, et si videoas hominem constanter idem velle & nolle, imo, quod magis videtur paradoxum, hæc ipsa pertinacia inconstantia est, est foedissima species Inconstantiae, dum in ipsissima miseria & stultitia constantiam affectat, stultitiam adeo & Inconstantiam non sentiens. Vocabula te non turbent, rem ipsam respice. Non abit Inconstantia in Constantiam, et si quis constante voluntate gaudeat appetendi quod lubet. Nam hoc idem est ac si diceres constantissimam Inconstantiam. Similiter pertinacia ad classem Inconstantie referri meretur, et si nullam hic subesse putes mutationem. Non adeo utique mutatio, sed in melius: in deterius mutatur, quicunque motum affectuum, in prava rapientium, non cohibet. Neque enim quietus est affectus, sed tempore crescit. At ubi mutationem in deterius agnosca, ibi Inconstantia est.

Th. XXII. Opponitur isti pertinacia pœnitentia. Ergo uti pertinacia stultorum, ita pœnitentia sapientum est. Iterum Seneca de Ira lib. 1. cap. ult. p. m. 24. *Etiam si ingeritur oculis veritas, amat (ira) & tuerit errorum, coargui non vult & in male cœptis honestior illi pertinacia videtur, quam pœnitentia;* & alibi, citante Mothæo Vayerio Tom. 12. op. p. m. 291. *Hoc est enim sapientia in naturam*

naturam converti, & eo restitui, unde publicus error expulerat.
Neque tamen pœnitentia ipsa sapientia vel Constantia est, sed conversio
ad Constantiam, & initium mutationis in melius. Hac mutatione o-
mnes habemus opus, cum ob præjudicia amoris irrationalis aut præ-
cipitantiæ a juventute a centro (de quo th. 20 locuti sumus) aberrare
in spatio illo vago cœperimus omnes, decepti inani atque fallâ quiete,
quam quærimus. Quod si igitur meliora cognoverimus, necesse est,
ut retrovertamur. At hoc fit per pœnitentiam. Qui meliora vider-
& tamen motu, quo cœperat, ire pergit, pertinaciam alit, quæ a ra-
bie parum abeft.

Th. XXIII. Exhibet illustre pertinacia ejus exemplum Se-
neca d. l. 1. de Ira cap. ult. Cn. Piso, ait fuit memoria nostra vir
a multis vitiis integer, sed pravus & cui placebat pro Constantia
rigor. (Rigorem hic dicit noster, quem in loco thes. præcedente de-
scripto vocaverat pertinaciam.) Is cum iratus duci jussisset eum,
qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset,
quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum,
non dedit. Sic damnatus extra vallum ductus est, & jam cer-
vicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus
videbatur. Tunc centurio supplicio præpositus condere gladium
speculatorum jubet: damnatum ad Pisonem redditus, redditurus
Pisoni innocentiam, nam militem fortuna reddidicerat. Ingenii
concurso deducuntur, complexi alter alterum cum magno gau-
dio castrorum, commilitones. Conscendit tribunal furens Piso,
ac jubet duci utrumque, & eum militem, qui non occiderat, &
eum, qui non perierat. Quid hoc indignius? quia unus innocens
apparuerat, duo peribant. Piso adjectit & tertium. Nam ipsum
Centurionem qui damnatum reduxerat, duci jussit. Constituti
sunt in eodem illo loco perituri tres ob unius innocentiam. O quam
solers est iracundia ad fingendas causas furoris! Te, inquit, du-
ci jubeo, quia damnatus es: te, quia causa damnationis commili-
toni fuisti: te, quia jussus occidere, Imperatori non paraisti. Ex-
cogitavit quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum in-
venerat.

Th. XXIV. Illud obiter quidem, sed non frustra notes, ad
pœnitentiam (quatenus ea ad Philosophiam pertinet) nil amplius re-
quiri

quiri, quam feriam conversionem a malo ad bonum. Ut feria sit, ne-
cessitatem præcedat agitatio miseria, quæ virtus comitatur. Hoc vero
nauseam eorum ut operetur convenientis est. Quod superest, ad poe-
nitentiam non pertinet. Non fletus, non lachrymæ, non anxietas.
Fucata hæc poenitentia est, et si pro poenitentia habeatur a vulgo, &
fallax sapientia, quia videlicet veram poenitentiam non cognovit. Fœ-
minarum est flere, non virorum. At præterita flere, quæ reparari
non possunt, infuper stultorum est. At futura respicis? Quid? an
virtutem, quam fecisti vis reliqua stultitia? Sed hujus iter non demissio
capite, sed vultu lato ineundum est. Poenam vero times? Indicium
est, te nondum poenituisse; neque enim solus poena timor conversio-
nem connotat. Denique converti vis, sed ne puniaris? Nec hoc
poenitentia est, quia non est feria. Amas stultitiam & coactus eidem
terga monstrare instituis. Ut juvenis, quem pater, ne perdatur, avo-
cat, amicæ valedicit, coactus, & quam primum licebit, redditurus; sic
& ista conversio, quæ cum fletu fit & lachrymis, poenitentiam menti-
tur, non exprimit, aut certe nondum est ipsa poenitentia, sed imbe-
cillitas, quæ relinquenda est, ut vere penitere possis.

Th. XXV. Quæ hactenus differuimus, uti Constantiam ab In-
constantia & aliis stultitiae characteribus accurate secernunt, ita, spera-
mus, eadem abunde suppeditura esse rationes respondendi ad fallacias
& sophismata, si quis eo dementia perveniat, ut Inconstantiam præ-
Constantia audeat commendare. Fallacia omnes summatim eo ten-
dunt, ut vel Inconstantia in sensu Poetico cum sensu morali misce-
atur, vel confundantur Inconstantia & Constantia insinu gradus, vel
male omnis mutatio ut character Inconstantie venditur, vel denique
in laudem Inconstantie impudenter copia stultorum & sapientum pau-
citas. Ergo saltem brevissim ea consideremus, quæ ad naturam hu-
manam, hoc est, rationem, intellectum, voluntatem & amorem rationa-
lem pertinent.

Th. XXVI. Ratio hominis sine cogitatione non intelligitur.
At cogitatio semper in motu est. Idem etiam de Constantia afferen-
dum. Variat cogitatio, & semper aliud objectum querit. Bene si
per variationem illam, ut debet, mutetur in melius. Sed & hoc Con-
stantia esse diximus.

Th. XXVII. Essentia intellectus humani in proportione ad cognoscendas novas veritates consistit. Sed haec propensio nihil aliud est, quam desiderium continuatum mutandi opiniones, quia nunquam desideramus ea, quae jam possidemus. Recte quidem hoc ultimum, at propterea falso infers, curiositatem novas veritates inquirendi esse desiderium opinionum perpetuo mutandarum. Erramus quandoque, non semper, multa ignoramus & plurima quidem. Hanc ignorantiam si cum cognitione veritatis commutemus, id non est mutare opiniones. Opiniones enim errores sunt. Adde quod & ignorantia & errorum commutatio cum veritate sit mutatio in melius. Igitur non est Inconstantia.

Th. XXVIII. Transeant ista, inquit, sunt enim facilia. Istud certe Inconstantiam ut humanae naturae maxime convenientem fulciet, quod voluntas hominis congenitam libertatem habeat, libertas autem sine facultate diversa, & imo contraria volendi intelligi nequit. At Constantia est semper idem velle & idem nolle. Antequam respondeam, permittes, ut argumentum invertam. Sola Constantia voluntatis character est. Semper bonum appetit voluntas. At bonum unum est, (uti veritas una) non diversum aut contrarium sibi. Si unum est, idem semper est. Igitur & voluntas semper idem appetet; igitur & libertas erit facultas semper idem volendi aut nolendi. Solve hunc nodum, postea tuum Sophisma diluam.

Th. XXIX. Et hoc quidem imbecilli robore praeditum est. Jam supra diximus. *Idem & diversum* in doctrina de Constantia & Inconstantia, ob variam, quibus haec vocabula gaudent, significacionem, parum apta esse ad declarationem ejusdem. Est libertas voluntatis humanae non vaga quedam & limitibus destituta libido agendi, sed quae spatium ordinatum, in quo moveatur, a summo rerum arbitrio accepit. Vaga libertas naturae hominis adversa est, est enim ipsa agendi, ut diximus, Inconstantia. Libertas vera cum ad bonum tanquam ad centrum tendere debeat, idem quoque semper velle debet. Sed boni intuitu & diversa & aliquando contraria volendi occasionem saepe nanciscitur. Etsi enim bonum ipsum, ad quod tendimus, semper idem sit ac stabile, ut centrum in circulo, circumstantia tamen illud obtinendi saepe varia sunt & diversa.

Th. XXX. Quid quod &, si verum fateri velimus, solus sapiens

piens liber est, stultus vero omnis durissima est servitus. Quare & sola Constantia libertatis, Inconstantia contra servitutis indicium erit. Audi Diogenem Laertium in vita Zenonis: *Solum sapientem librum esse, omnes malos servos.* *Essē enim libertatem non aliud, quam potestatem agendi que velis;* *Servitutem contra priuationem ejusmodi actionis.* Commentationis loco adde illa Ciceronis lib. 5. Parad. *Quis igitur vivit, ut vult, nisi qui recta sequitur?* *Qui gaudet officio.* *Cut vivendi via considerata atque provisa est.* *Qui legibus non propter metum paret.* *Qui nihil dicit, nihil facio, nihil cogitat denique, nisi libenter ac libere.* *Conspicitur etiam libertas sapientis in suppressione vitiorum.* Noster Epist. 51. *Non sum imperata facturus, jugum non recipio, imo, quod magiore virtute faciendum est, excutio.* *Non est emolliendus animus.* *Si voluptati cesserō, cedendum est dolori, cedendum labori, cedendum est pauperiati.* Idem sibi juris in me esse volet & ambitio & ira. Et alibi ex mente Epicuri (Epist. 8.) Philosophiae servias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Et in præfat. ad lib. 3. quest. nat. *Quid est præcipuum?* In primis labris animam habere. Hec res efficit non e Jure Quiritum liberum, sed e Jure naturæ. Liber autem est, qui servitutem effugit sui. Hec est assidua servitus & ineluctabilis, & per diem ac noctem æqualiter premens sine intervallo, sine commatu. Sibi servire gravissima servitus est.

Th. XXXI. Denique amorem rationalem quod attinet, ita quidem est, crescit ille quotidie & augmenta capit, donec ad veram unionem duarum animalium perveniat. Sed hæc mutatio in maiores gradus non Inconstantia species est, sed ipsa Constantia, quippe est mutatio in melius. Istud vero falsum, si quis afferat, amorem rationalem iterum decrescere, si ad summum fastigium pervenerit, facile refelli potest. Verum est: quicquid amplius augmentum sumere nequit, necesse est, ut decrescat. Sed in hoc maxime differt amor & amicitia rationalis ab irrationali, quod ille nunquam decrebat, hic decrescat sæpius: non, quod axioma modo dictum exceptionem patiatur ullam, sed quod amor irrationalis sæpiissime mutetur sine ratione, etiam antequam ad fastigium, quod querit, pertingat, aut quod amor irrationalis non difficulter possit attingere summam lineam. Quid enim

enim querit aliud in amore persona alicujus, quam aut sensuum delectationem, aut vanum aliquem honorem, aut lucellum pecunia? Hoc obtento necesse est ut deficiat. Ast amor rationalis querit unionem cum animo virtuoso. Hac obtenta qui antea duo erant postea unus homo per hanc unionem facti vel ambo simul procedunt in via virtutis sine nausea, quia per totum vitæ spatium occasiones mutandæ in melius in ista via deprehendunt; aut amorem istum rationalem assunta in communionem & quæsita tertia persona propagare satagunt, & sic postea in infinitum procedunt, nec metuendi causam habent, se perventuros esse in vita sua ad summum fastigium, quippe quod in amore totius generis humani & ejus unione consistit.

Th. XXXII. Res ipsa a nobis alibi deducta est latius. Qui vero, quæ paragrapho præcedente scripsimus, non intelligunt, eos rogamus, ne id obscuritati nostræ aut subtilitati alicui phantasticæ adscribant. Redundabit enim obscuritas illa vel in corruptum genus humanum, quod rarissime deprehendatur exemplum veræ amicitiae & amoris, vel in ipsorummet ignominiam id redundabit. Quid enim? An putas eos sensum amoris rationalis habere posse, qui vel publice profiteri non erubescunt, omnem amorem & amicitiam esse ob utilitatem privatam, rationalem amorem esse chimæram aliquam atque merum ens rationis? At quam multi deprehenduntur, qui hac erroris labe sunt infecti, & ex proprio ingenio depravato alios & sapientem ipsum judicant.

Th. XXXIII. Longe aliter sapientiæ & Constantiæ studiosus. Sentit hic veritatem eorum, quæ pulcherrime de materia, quam tractamus, differunt subinde Seneca. Ita enim ille lib. 7. de benefic. cap. 12. Inter sapientes solum amicitia est. Ceteri non magis amici sunt, quam socii. Epistola vero 3. initio: Epistolas ad me preferendas tradidisti, ut scribis, amico tuo. Deinde admones me, ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia nec soleas ipse quidem hoc facere. Ita eadem epistola illum & dixisti amicum & negasti. Itaque sic priore illo verbo, quasi publico usus es, & sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos, bonos viros dicimus, quomodo obvios, si nomen non succurrat, dominos salutamus. Hoc abierit. Sed si aliquem amicum existimas, cui non tantundem credis quantum tibi, vehementer erras & non satis nos vim vere amicitie. Tu vero omnia cum amico delibera, sed te ipso

ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Ipsi vero præpostere officia permiscent, qui contra præcepta Theophrasti, cum amaverint, iudicant: & non amant, cum iudicaverint. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiens sit: cum placuerit fieri, toto illum pectori admittit: tam audacter cum illo loquere, quam tecum. Porro Epist. 9. Habet non tantum amicitiae usus veteris & certo magnam voluptatem, sed etiam initium & comparatio nove. Quod interest inter mentem agricolam & serentem: hoc inter eum, qui paravit amicum, & qui parat. Attalus Philosophus dicere solebat: jucundius esse amicum facere, quam habere: quomodo artifici jucundius est pingere, quam pinxitse. Illa in opere suo occupata solicitude ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione. Non æque delectatur, qui ab opere perfecto removit manum, jam fructu artis suæ fruitur: ipsa fruebatur arte, cum pingeret. Fructuosa est adolescentia liberorum, sed infanthia dulcior. Nunc ad propositum revertamur. Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult: Si ob nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna virtus jaceat, non ob hoc, quod Epicurus dicebat in hac ipsa Epistola, ut habeat, qui sibi ægro assideat, succurrat in vincula coniecto vel inopi: Sed ut habeat aliquem, cui ipsi ægro assideat, quem ipsum circumventum hostili custodia liberet. Qui se spectat, & propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat: quemadmodum cœpit, sic desinet. Paravit amicum, adversus vincula latetur opem, cum primum crepuerit catena, discedet. Haec sunt amicitiae, quas temporarias populus appellat. Qui causa utilitatis assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumsedet: circa eversos ingens solitudo est: & inde amici fugiant, ubi probantur. Hac re ista tot nefaria exempla sunt, aliorum metu relinquientium, aliorum metu prudentium. Necesse est initia inter se & exitus congruant. Qui amicus esse cœpit, quia experit; placebit ei aliquod pretium contra amicitiam, si ultum in illa placet pretium præter ipsam. Inquis, amicum paro? Ut habeam, pro quo mori possum, ut habeam, quem in exilium sequar, cuius me morti opponam & impendam. Ista, quam tu describis, negotiatio est, non amicitia; que ad commodum

dum accedit, que, quid consecutura sit, spectat. Denique de tranquillitate animi cap. 7. Nihil & que oblectaverit animum, quam amicitia fidelis & dulcis. Quantum bonum est, ubi sunt preparata pectora, in qua tuto secretum omne descendat, quorum conscientiam minus quam tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expeditat, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet? Quos scilicet vacuos, quantum fieri poterit, a cupiditatibus, eligemus. Serpuit enim vita, & in proximum quemque transilunt, & contadū nocent. Itaque ut in pestilentia cavadū est, ne corruptis jam corporibus & morbo flagrantibus affideamus quia pericula trahemus, afflatusque ipso laborabimus: Ita in amicorum legendis ingenii dabimus operam, ut quam minime inquinatos assumamus. Initium morbi est, egris sana miscere. Nec hoc praeceperim tibi, ut neminem nisi sapientem sequeris aut attrahas. Ubi enim istum invenies, quem tot seculis querimus? pro optimo est, minime malus. Vix tibi esset facultas delectus felicioris, si inter Platonas, Xenophonias, & illum Socratici fatus proventum bonos quereres, aut se tibi potestas Catonianæ fieret ætatis, qua plerosque dignos rulit, qui Catonis seculo nascerentur, sicut multos peiores, quam unquam alias, maximorumque moliores scelerum. Utraque enim turba opus erat, ut Cato posset intelligi, habere debuit & bonos, quibus se approbaret: & malos, in quibus vim suam experiretur. Nunc vero in tanta bonorum egestate, minus fastidiosa fiat electio. Principue tamen vitentur tristes & omnia deplorantes, quibus nulla non causa in querelas placet. Constat illi licet fides & benevolentia, tranquillitati tamen inimicus est comes perturbatus, & omnia gemens.

Th. XXXIV. Absolvimus Constantiam a falsis & ineptis criminalibus; restat ut & sexum muliebrem absolvamus ab imputatione Inconstantie. Contrahamus rem in summam. Varium, inquit, & mutabile semper foemina. Quis autor hujus dicti? Vir est. At virorum testimonia contra foeminas annon Jure suo suspecta sunt? Quid dices, si foemina talia diceret de viris? Poeta est: sed ipsi metu sibi fidem derogant. Audi iterum Poetam: Pictoribus atque Poetis quidlibet audiendi semper fuit aqua potestas. Verum, ait,

Incon-

Inconstantia fœminarum in vulgus notum est. Sint fœminæ Inconstantes. Nonne sumus & nos? Est hoc commune virtutum, spectare, quid delinquent alii, nec videre, quid apud nos sit. Æque apta est natura muliebris ad virtutes ac vita, quam natura virorum: æque homines sunt, earundem imbecillitatum atque perfectionum obnoxiae ac capaces. Sed plures sunt inter fœminas, quæ Inconstantia laborant. At quis numeravit? Quicquid vitii nomen habet, ad Inconstantiam pertinet. Monstra mihi tot perfidiae, proditionis, crudelitatis, exempla ex fœminis. Nostra haec ignominia est. Sint denique inconstantes ut plurimum fœminæ. Quid id ad lautes nostras & Fremant licet omnes de nostro sexu, dicam, quod sentio. Quicquid fœminæ delirant, nostro vitio fit. Nostrum est imperium, nostra educatio. Sed quantum nocemus fœminis imperio, educatione, & quod maximum est, exemplo! Vix æquant fœminæ virtus nostra, certe imitantur peccando viros. Perdit adulatio omne genus hominum, etiam bonos. Nos fœminas his perdimus, semel eas vitiosas reddendo, tum jam pravas adulazione & submissione plusquam servili efficiendo pejores. Cogita quæso, quid de nobis fieret, si eodem modo muliebris sexus nobis adularetur? An pntas unnm virorum sapientem extiturum?

Th. XXXV. Quid si igitur spicula haecenus fibrata in teipsum retorqueam? Necesse est, sit optima fœminarum natura & forte melior nostra. Quotusquisque enim e nobis est, qui ipsarum infidias evitaverint? Fortissimus Simson. Sed fortiores blanditiæ Delilæ. David religiosissimus. Ast Bathsebæ forma, quicquid in eo virtutis fuit, absque ullis subegit insidiis, Sapientissimus Salomon: Sed astutior stultitia mulierum, sapientiam hanc in maximam redigens mentis alienationem. Ipsæ vero quoties omnes corruptionum & adulacionum nostrarum laqueos evaserunt! quoties a nobis ipsis eam ob rem cum pudore nostro publicis scriptis commendata! Tædet exempla referre, quibus tot libri referti sunt, quæ adhuc dum oculos nostros quotidie feriunt. Deberet admirationi nobis esse, si una fœmina e tot periculis, in qua sexum earum vel stultitia vel malitia nostra conjectit, emergeret. Jam cum plurimæ id fecerint, quid dicemus? Nisi ad miraculum configiendo ignorantiam nostram velimus prodere, nonne necesse erit fateri, naturam fœminarum superare nostram?

Th. XXXVI.

Th. XXXVI. Teneo te, inquit, quippe Seneca tuus longe alia prædicat de fœminis. Ita enim in excerptis p. m. 468. Amisi uxorem bonam. Quid in illa probabas? Pudicitiam? Quam multæ diu custoditum perdidere decus? Quam multæ inter probatas marronalis ordinis esse cœperunt postea inter exempla mutatarum? Delectabat te fides ejus? Quam multas ex optimis conjugibus pessimas videmus. ex diligentissimis solatissimas? Omnium quidem imperitorum animus, maxime tamen muliebris, in lubrico est. Si bonam uxorem habuisti, non potes affirmare, in illo sam permansuram fuisse proposito. Nihil tam mobile quam fœminarum voluntas, nihil tam vagum. Novimus veterum matrimoniorum repudia, & fædiores divortio male coherentium rixas. Quam multæ, quos in adolescentia amaverunt, in communi reliquere sene&tute? Quoties anile divortium risimus: quam multarum notus amor odio notiore mutatus est? Sed hæc & fuit bona, & fuisset, si vixisset. Mors efficit, ut affirmare id sine periculo possis. Et alibi gravius III. de Benef. cap. 16. Numquid jam ulla repudio erubescit, postquam illustres quædam ac nobiles fœmine non consulunt numero, sed maritorum annos suos computant, & exeunt matrimonii causa, nubunt repudi? Tam diu, istud timebatur, quam diu rarum erat, quia vero nulla sine divortio acta sunt, quod sèpe audiebant facere diadicerunt. Numquid jam ullus adulterii pudor est, postquam eo ventum est, ut nulla virum habeat, nisi ut adulterum irritet. Argumentum est deformitatis pudicitia. Quam invenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satis sit unum adulterorum par? Nisi singulis divisit horas, & non sufficit dies omnibus? Nisi ad alium gestata est, apud alium manj? Infronita & antiqua est, que nesciat, matrimonium vocari unius adulterium.

Th. XXXVII. Ego vero: Quid ad me ista Senecæ. Veritate utor, non autoritate, Illi si adstipuletur Seneca, non mei causa, sed in gratiam eorum, qui veterum autoritatibus delectantur, ejus verba rationibus meis addo. Quod si a veritate recedat, missum eum facio. Ergo loquatur pro seipso Seneca, seque & sexum fœminum aduersus imputations tuas defendat. Audi, quæ differit Epist. 95. Maximus ille medicorum & hujus scientie conditor fœminis
nec

nec capillos desfluere dixit, nec pedes laborare. Atqui haec jam & capillis desituuntur, & pedibus aegre sunt. Non mutata foeminarum natura, sed vita est; nam cum virorum licentiam aquaverint, corporum quoque virilium vicia aquaverunt. Non minus pervigilant, non minus potant, & oleo & mero viros provocant: aequa invitis ingesta viceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur: aequa nivem rodunt, solatum stomachi astuantis. Libidine vero nec maribus quidem cedunt. -- Quid ergo mirandum est, maximum medicorum ac naturae pernissimum, in mendacio prehendi, cum tot foeminae podagrice calvæque sint? Beneficium sexus sui vitiiis perdidissent: & quia foemina exuerunt, dannate sunt morbis virilibus. Et de Constantia sapientis cap. 14. Tanta quosdam dementia tenet, ut contumeliam sibi posse fieri putent a muliere. Quid refert, quantum habeat, quot ledicarios, quam oneratas aures, quam laxam sellam? aequa impudens animal est, & nisi scientia accessit ac multa eruditio, ferum, cupiditatum incontinentis.

Th. XXXVIII. Ain vero, inquit, Senecam hic defendere sexum foemineum? cum pro me faciat potius adversum paradoxarua de Constantia foeminarum? Ego autem nondum aliquid video, in quo Seneca a me abeat? Taxat Inconstantiam foeminarum Seneca. Nec ego laudo. Increpat earum libidinem & lasciviam. Et ego. Sufficiat, quod noster in his omnibus foeminarum naturam non accuferit, sed vitam. Sufficiat, quod ignominiam foeminarum nontando simul dígito intendat in nostram, dum eas, ait, vicia aquasse virilia. Sufficiat denique, quod ad scientiam & eruditionem foeminas admittat, sine qua annon & nos sumus impudentia, fera, & cupiditatum incontinentia animalia? Sed ne putas imbecilli hac & ignominiosa defensione Senecam fuisse contentum, considera modo, qua alibi in laudem sexus hujus differuit. Scio quid dicas, ait, cap. 16. in consol. ad Marc. Oblitus es foemina te consolari; virorum refers exempla. Quis autem dixerit, naturam maligne cum maliebribus ingeniis egisse, & virtutes illarum in ardum retraxisse? Par illis, mihi credere, vigor, par ad honesta (libeat) facultas est: laborem doloremque ex aquo, se

confuevere, parvuntur. In qua istud urbe, Diū bonī, loqui-
mur? in qua regem Romanis capitibus Lucretia & Brutus de-
jecerunt. Bruto libertatem debemus, Lucretie Brutum. In
qua Cloeliam, contempto hoste & flumine, ob insignem auda-
ciam tantum non in viros transcripsimus. Equestri insidens
statuē, in sacra via, celeberrimo loco, Cloelia exprobrat ju-
venibus nostris pulvinum ascendentibus, in ea illos urbe sic ingredi,
inqua etiam fœminas equo donavimus. Quod tibi si vis exem-
pla referri fœminarum, quæ suos fortiter desideraverunt, non
ostiatim queram: ex una tibi familiā duas Cornelias dabo.
Primam Scipionis filiam, Gracchorum matrem, duodecim illa
partus, totidem funeribus recognovit, & de ceteris facile est,
quos nec editos nec amissos civitas sensit: T. Gracchum & Ca-
jum, quos etiam, qui bonos viros negaverit, magnos fatebitur, &
occisos vidit, & inseptulos. Consolantibus tamen miseram-
que dicentibus: Nunquam, inquit, non felicem me dicam,
quæ Gracchos peperi. Cornelia Livium Drusum clarissimum
juvenem, illustris ingenii, vadentem per Gracchorum vesi-
gia, imperfctis tot rogationibus, intro penates interemptum
suos amiserat, incerto auctore: temen & acerbam mor-
tem filii, & inultam, tam magno animo tulit, quam ipse le-
ges tulerat. His adde, qua ibidem de ipsa Marcia, & alibi de
Helvia matre in consol. ad Helviam cap. 16. memorat.

Th. XXXIX. Antetequam hinc abeamus, addere lubet pa-
radoxo nostro paradoxum argumentum. Vincunt Inconstantia
fœminas viri, si maxime fœminæ viros Constantia non superant.
Rapuimus ad nos, qua sola ad Constantiam irur, sapientiam,
certe eripere eam sexui fœmineo magno conatu, & olim &
hodie intendimus. Sed magno conatu magni evasimus nugato-
res, nubem pro Junone amplexi. Ridemus & contemnimus
fœminas, quod eruditione careant, nosmet ipsos tanquam sa-
pientissimos suspicimus, multis ac inanibus vanæ sapientiæ titulis
ornamus, re plerumque carentes: frequentia nobis absunt bar-
bara vitia, quæ barbaris adeo nominibus designemus, Pedantismus &
Scepticismus. Vis, ut ea Senecæ verbis describam: Illud mihi non
profuturam scientiam tradit: hoc spem omnis scientiæ eripit. Sa-
tius

tius est supervacula scire, quam nihil. Illud non preferit lumen, per quod acies dirigatur ad verum. Hoc oculos mibi effudit (Vide Senecam Epistola 88. p. 250. eamque totam cum Epistola 48. junge.) O quam beatæ igitur & virtuti ac Constantiæ propiores sunt foeminae, quod eruditione nostra carent! O quam cœci sumus, quod stulticiam nomine sapientia superbientem non agnoscamus in nobis, in foemini pedestalissimum statim notemus, si ineptias nostras imitentur, non considerantes, quod eas a nostro sexu hauserint! Veram autem foeminarum sapientiam, & si quâ mulier beneficio mentis sua illecebros pseudosapientiae virorum evalerit, fere prætervidemus. Eant eruditæ nostrorum temporum, colligant omnia sapientia sua scripta, nondum vidi, qui cum Scuderia Gallie ornameato conferri mereatur. Nostra Philosophia rudis est, torva, de vilissimis & parum utilibus rebus ita differens, ac si totius Europæ salus in iis sita foret. Ita vero ludens quasi & jocans de gravissimis rebus & ad cognitionem humani generis, primum & ultimum veræ sapientiæ caput, pertinentibus amonissime differuit, ut Senecam æquet, alias vero veterum Philosophos, certe Divum Aristotelem cum Magnis Moralibus & decantatis ad naufragium Nicomacheorum libris, longe præcedat & supereret, imo acutissimi Cartesii tractatum de passionibus in multis suppleat. Denique de hoc jure suo gloriari poterunt foeminae, quod cum multi ex nostro sexu insanienti sapientia Academiorum, Pyrrhoniorum & similiūm nominum Philosophiæ Scepticæ (que vide apud Senecam d. p. 520.) nomen dederint, ex ipsis nulla tam imprudens fuerit deprehensa, ut se putaverit nihil scire, aut ne hoc quidem; nihil scire, Scientiæ sua reliquerit.

Th. XL. Non possum autem non, quin hac occasione paucis respondeam, quem alias magni facio, Philosophiæ Pyrrhonice repurgatori Francisco Motheo Vayerio, dum Epist. 142. Tom. 12. p. 290. seq. Sapientiam suam ad trutinam Constantiæ Stoicæ probare audet, & pro constantiæ venditat, eo quod semper verosimilitudinem sequatur. Eodem modo inconstantissimus aut vitiosissimus sibi augustum hocce nomen arrogare posset, quia nempe semper incertitudinem Inconstantia aut vitii sequeretur. Non datur Constantia, nisi in bono, neque bonum est, nisi verum. At quomodo hoc existeret, si nihil est verum, sed omnia sunt verosimilia. Ita igitur Constantia & veritas combina-

ꝝ sunt, ut hac sublata simul & illa corruat. Cave tamen, nē mentem meam sic detorqueas, ac si sapienti om̄nem vero similitudinem aut opinionum mutationem tollere velim. Ita constans est sapiens, ut non sit pertinax, ut se mutet in melius. Idem ergo & intellectu. In rebus, quarum certitudinem vel nondum possidet, vel de quibus nullam certitudinem sibi promittere poterit, mutet opinionem suam, sed in melius, & similitudine veri sit contentus.

Th. XLI. Jam facile ad duas, quā restant, quæstiones, frequentes in actionibus humanis, & saltem non quotidie occurrentes, respondere poterimus. Utrum salva Constantia, salvaque adeo virtute mutatio in amore & religione permisa sit? Per amorem hic intelligo in specie amorem, quatenus est inter personas diversi sexus, qui communiter amicitie contradistinguitur. Cæterum & hic vel rationalis est vel irrationalis. Ad hunc refero quā Seneca differit Epist. 9. p. m. 221. Non dubie habet aliquid simile amicitiae affectus amantium. Possit dicere, illum esse insanam amicitiam. Numquid ergo quisque amat lucri causa? Numquid ambitionis aut glorie? Ipse per se amor omnium aliarum rerum negligens animos in cupiditatem formæ non sine spe mutuae caritatis accedit. Quid ergo? Ex honestiore causa coit turpis affectus. Videatur adeo Stoicidem sensisse cum Epicuro, statuente, sapientem non debere amare. Vide Gassend. Commentar. de Philosoph. Epic. Tom. 2. f. m. 10. seq. Contradicit Cicero lib. 4. Tusc. quest. cap. 34. p. m. 1095. Stoici & sapientem amaturum esse dicunt: & amorem ipsum conatum amicitiae ex pulchritudinis specie. Ut vero adductus Seneca locus ostendit, in definitione amoris ex mente Stoicorum non errasse Ciceronem, ita assertio ejus de amore sapientis neque cum illo loco Seneca convenit, neque cum dicto Chrysippi, quod Stobæus refert Serm. 61. f. m. 391. Cum quidam dixisset, Sapientem non capi amore, testimonio esse Menedemum, Epicurum & Alexinum. Hac igitur, inquit, ratiocinatione utar. Si Alexinus ille dissolutus, & Epicurus insensatus, & Menedemus canis & delirus (sic enim illum Eretrientes vocabant) Amore capti non sunt, ne sapiens quidem eo capetur. In alia omnia abit Mathæus Vayerius in Ethica Principis cap. 5. Tom. 6. op. p. m. 225. Stoici dicebant, quod non nisi sapiens bene amare nosset, neque ama-

amabant, nisi deformes. Ino ut Plutarchus memorat, statim ac si quis ex iis, quos amabant, pulcher evasisset, amare eum desinebant, quod satis monstrat, eorum amorem animum tantum, non corpus respexisse. Rem ipsam de sententia Stoicorum quoad amorem sapientis jam discutere non vacat. Nos amorem sexus sequioris, ex pulchritudine ortum, non habemus pro rationali. Nisque tamen propterea necesse est, ut curramus in alterum extremorum, deformitatem. Datur enim media forma. Et erit adeo amor rationalis conatus uniendi se cum foemina virtuosa, non deformi. Cur enim in amore foeminae non æque locum habere posset illud, quod supra th. 33. ex libr. de tranquill. animi in describendo amore rationali personæ ejusdem sexus adduximus. *Quantum bonum est, ubi sunt preparata pectora, in que tuto secretum omne descendat, quorum sermo sollicitudinem leniat, sententia consilium expediatur, hilaritas tristitiam dissipet, conspectus ipse delectet?* De unione corporis in hoc amore rationali non displicet dictum Aristotelis Cyrenæ apud eundem Stobæum d. l. *Hic rogatus, an amor coitus gratia fieret?* Neque ejus gratia dixit, neque sine eo. Scilicet in amore irrationali amat, quia miscentur corpora: in rationali miscentur corpora, quia amat, sed limitationibus tamen additis, quas fusi expositimus alibi.

Th. XLII. Quibus ita præmissis de mutatione in amore ex principiis sanæ Philosophiae, abstrahendo a revelatione divina, sic definiendum esse arbitramur. Qui coitus gratia est amor, semper turpis est, sive mutatione subinde inconstans quis fiat, sive absque mutatione pertinaciter magis in delirio quis permaneat, quam constans sit. Qui unionem animi intendit amor foeminae, non potest absque vitio inconstantia desinere, quamdu illa virtutem non deserit; non amittit laudem Constantiae, si alterius foeminae æque virtuose amorem adjungat, aut si magis virtuosam amare incipiat. Ignorat enim Zelotypiam omnisi amor rationalis, & qui virtuosiorem magis amat, mutatur in melius, quod Constantia attributum esse diximus. *Confer quæ diximus in Inst. Jurispr. Divin. lib. 3. c. 2. & in dissert. de criminis bigam.*

Th. XLIII. De mutatione religionis, quatenus illa ad inspectionem Philosophi pertinet, sic cape. Qui ab una religione ad aliam transit, quam meliorem esse sibi persuaderet, non est inconstans, quia se vult mutare in melius, et si possit esse imprudens, si religio, quam amplectitur, non sit melior. Qui vero relicta priore religionem amplectitur, quam scit esse falsam, aut saltet quam non credit esse meliorem, is inconstans est, quia vult se mutare in pejus, aut certe mutationem intendit non in melius. Unde recte inferre poteris, magis infamem esse, qui veram religionem profiteretur, cupiditate honoris aut divitiarum inductus, quam qui ex errore transit ad falsam. Sed aliter Philosophi judicant, aliter
Hypocrite.

T A N T U M.

C O R O L L A R I A.

L.

Juris Justiniane est quidem aliquis sed valde exiguis usus in Foro Germaniae, in tantum, ut vix decima pars Pandectarum sit in viridi observantia.

II. Benedictio sacerdotalis nec Jure Divino cognita fuit, nec Jure Civili Principum Protestantium ad essentiam Conjugii relata est. Recte tamen ob bonum ordinem in Ecclesia retinetur.

III. Distinctio personarum in Jure Canonico in Clericas & Laicas Papilimum lapit, incognita quippe scripturae sacræ & primis Christianæ Ecclesiæ temporibus, atque propterea Jure a Lutherò & aliis Theologis atque JCtis Protestantibus rejecta. Melior illa in Ministros verbi & Auditores. Inde forte factum, quod vocabulum der Clerisy communiter usurpetur in malam partem v. g. Die Päbliche Clerisy, neque appellemus nostros pastores die Lutherische oder Reformirte Clerisy, sed: Das Ministerium.



BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

P R A E S E S.

Sistit Tibi Generofus Dominus Respondens Disputationem Academicam nova methodo & haetenus insolita conscriptam. Censuras variorum varias facile prævidet. Non contemnit easdem nec timet, sed quemlibet suo ingenio abundare patitur, qui suo usus est pro lubitu. Si non haberet alias, rationes ista sufficeret, quod prima & unica methodi regula est, eam esse arbitriam. Igitur, credo, licuit ipsi omittere ordinem consuetum Ramæo-Aristotelicum, sicut Tibi licebit eundem intime amare, vel ridere nostrum aut eidem irasci. Senecam, quem haetenus in lectionibus nostris explicuimus, præ oculis habuit, non Aristotelem. Neque enim juramentum
nos

nos obstrinxit Philosophiæ Peripateticæ, neque ea
perspicacia sumus prædicti, ut ea, quæ alii in Ari-
stotele deprehendunt, hoc est, omnia ibidem re-
perire possumus. Facit quod ~~an~~ Stoicorum
& scripturæ, & liberæ nostræ Philosophiæ proprius
accedat, quam mediocitas illa vaga & nullis regu-
lis circumscripta Stagirita Optimi Maximi. Id ad-
huc duobus verbis monendum es. Disputabitur
saltem de veritate Thesum. Epistolæ ornamenti
loco iis inserviunt, uti picturæ, quibus disputatio-
nes in Academiis, religionem Papisticam profiten-
tibus, quandoque ornari solent. Quis? cui? de
quo? ubi? scripsiterit, anxius inquirere noli. Nil
nisi lusus ingenii est & fictio, sed talis fictio, cujus
non pudere decet addictum alterutri ex religioni-
bus Protestantium. Vale.



64475

AB 64475

VD 18



SF

R
VD 17

Cti,
RUSSIA

AE

TO-
RUM
ECTO-
M


lebre,
tem Ge-
feine Ge-
en.

NTIA,

TA;
ATEM

v. TYPOGR.

(9)



FarbKarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.

DN. CHRIST
SERENISSIMI AC PO
CONSIL. PRO

DISSERTAT

FELICITA
RUM BRAN
OB EMENDATO
RALIA STA
ET

Erfahrung und

Ob den Lutheranern
wissen könne untersaget
meinschaft zu halte

CONSTANTI

OLIM ANNO MDCCX

JAM VERO OB PR

HALA
TYPIS JOANNIS CHRI